



DINI MVXELLANI, VTRIVSQVE CENSVRAE DISCIPLINA VIRI clarissimi Consilia, Benedicti à Vadis Adnotationibus illustrata, nunc demùm singulari fide & studio castigata.

2

*

Adiecta iam primùm summa rerum & vocum capita: quorum Index locupletißimus subiectus est.







LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Giuntæ.
M. D. LI.



BIBLIOPOLA INGENVO LE-CTORI S.



TVDIVM nostrum in Rempublicam literariam, Ingenue Lector, cùm non possit, aut certè debeat esse tibi obscurum, pluribus nimirum anteà argumentis probatum, ecce, nescio quo modo, ita sumus in hanc partem adfecti, vt nec laboribus, nec vigilijs, aut conatibus nobis ipsis satisfaciamus. Incredibilis ea est & insatiabilis in tuis promouendis iuuandísque studijs sitis: quæ præteritorum benefactorum memoria & fructu laudis parum sedata, ad longè vberrimos & viuos fontes Musarum, velis & equis, quod aiunt, contendit, quò vel minimam gratiam à te referat, cùm recentiorum & probatissimorum Authorum tum etiam vetustissimorum editione: Itaque tibi iam damus Dini Muxellani, viri vtriusque Censuræ disciplina celeberrimi Consilia seu Iuris Responsa, illa quidem, non mutila, deprauata, ac sexcentis plus locis corrupta, vt anteà factitatum est: sed diligenti fidelíque opera virorum doctissimorum, pristinæ suæ integritati ac viuido nitori restituta.

Et quò nihil ad integram tanti Authoris laudem deesset, adiecta sunt iam omnium primùm summa rerum & vocum Capita: quorum Index non minus fidelis, quàm copiosus ad calcem Operis est reiectus. Hæc quantulacunque sunt. Ingenue Lector, in tuam certè vnius gratiam parauimus; maiora in dies & cogitantes & molientes. Proinde semel atque iterum rogamus, vt hosce nostros conatus, liberales illos quidem & alacreis, equi boníque consulas, maiora & ampliora in posterum, Dijs iuuantibus accepturus. Bene Vale.



DINI MVXELLANI LVCVLENTISSIMA ET DOCTISSIMA CONSILIA,

Benedicti a Vadis Adnotationibus ornata.



SVMMA CAPITA.

1 Velle, est eius, cuius nolle.
2 Litigantum alteri quòd licet, itidē & alteri.
3 In onus alicuius inductum, non debet in eius fauorem conuerti, nec econtrà. & nu. 7.
4 Contrahentium vnus, obligari potest ex pacto iuxta contractū adposito: etiam si alter ex eo de pacto non adstringatur.
5 Verborum propriæ significationi stādū est, in re dubia, vbi de mente aliter non constat.
6 Cōtrariorum natura est, vt ad vnius positionem, sequatur alterius remotio.
8 Titulus pro dote, aptus est ad transferendum dominium.
9 Vsucapiendi conditio, ex quacunque causa, facta traditione à non dño transfertur eadē, traditione facta à domino, transferri dñiū. & nume 10.
11 Venditionem facit æstimatio rei traditæ in dotem. & nu. 12.
13 Traditionem fieri à domino, vel à procuratore sufficiens mādatū habente, paria sunt.
14 Potestas semel concessa ingrediendi possessionem, an possit reuocari postmodum.
15 Pignoris vinculum, regulariter in re propria non consistit.

Consilium. I.



IN CHRISTI NOMINE, amē. In quæstione, quę vertit inter dominum Ioan. Nitij, ex parte vna, & do. Ro. de sancto Vitali, ex parte altera, illud videtur principaliter in dubium reuocari, videlicet, an I. ex vigore illorū verborum: Tali pacto inter eos statuto, quòd. ĵ. biennium post reditum domini Ioan. in ciuitate Parmæ, teneátur ipse domi. Ioan. recuperare dictas terras, & soluere domi. Gerardo pro ipso Ro. filio suo: & pro dote do. Patrę filiæ prædicti Ioannis, & spōsæ & vxoris dicti Ro. octuaginta lib. Imperialium, & omne melioramentum, quod fieret per dictum domi. Ge. vel Ro. in prædicta terra, teneatur ipse domi. Ioan. restituere ipsi domi. Ge. vel ipsi Roma. in arbitrio bonorum hominum: & si nollet eam recuperare dictus domi. Ge. vel Ro. eius filius voluerit facere æstimari dictas terras: & si aliquis defectus esset vsque ad prædictam summam librarum

brarum octuaginta, dictus dominus Ioannes teneatur eodem modo restituere eidem do.Ge.id totum,quod deesset,vsque in quantitatem prædictam prædictam in arbitrio bonorum hominum:vel sit in potestate ipsius domini Io.recuperare, vel non recuperare dictas terras,dummodo sit paratus æstimationem supplere:vel an astringatur solum recuperare pro dicta quantitate infra tempus in instrumēto expressum: ita quod non possit inuito do.Ro.pdictas terras recuperare.At quod possit prædictus domi.Ioā. prædictas terras recuperare inuito do.Ro.probari videtur per regulam † generalem:videlicet eius velle est,qui potest nolle.de regu.iur.l.eius. Item,quia.l.cauetur,quia illud,quod est licitum vni litigantium † licere debet & alij:vt.C.de fru.& litiū expen.l.fina.& de sac.san.eccle.l.in sacris.§.in omnibus.Cum ergo Ro.ex vigore prædicti pacti liceat velle & nolle ex vigore verborum contractus, sequitur ꝙ etiam domi.Ioā.liceat velle & nolle, id est vel contractuum in firmare vel approbare. In contrarium, videtur quod prædictus dominus Ioan.adstringatur solum recuperare terras infra biennium sui reditus numerandum : quia sicut est verum, quod illud, quod inducitur in fauorem alicuius,non debet in eius læsionem conuerti : vt.l.quod fauore.C. de legi.&.l.plures.& de fide instru.& de rei vxo.actio.l.vnica.§. accedit.ita & eius contrarium regulariter est verum.videlicet quod in alicuius † onus est introductum,non debet in eius fauorem conuerti:vt. ff.de interdictis & relega.l.relegatorum.§.fin.& de nego.gest.l.siue hæreditaria.&.C. de accu.l. ne quis.& determinari solet in authen. de hære.& fal.si vero institutio.sed pactum,de quo agitur est inductum ad onus domini Ioan.id est,vt recuperare adstringatur. Ergo non debet in eius fauorem conuerti:vt aduersarium possit ad restituendam inuictum compellere. Præterea,certū est,quod vnius contrahentium ex pacto iuxta contractum † adposito, obligari potest,etiā si alter ex eode pacto non adstringatur:vt.ff.de contrahen.empt.l.sed Celsus.§.si fundus.& de pact.l.iuris gentium.§.quinimo.Ex quo adparet,quod do.Io.ex vigore illius pacti potuit obligari : licet ex eodem pacto non obligaretur do.Ro.qui contraxit. Præterea,certum est,ꝙ in contractibus & qualibet dispositione, vbi de mente aliud † non adparet,in re dubia stari oportet propriæ significationi verborum, & illam non egredi:vt.ff.de ver.sign.l.nepos Proculo,& de ver.obl.l.si ita stipulatus fuero.§.Grisogonus.Cùm ergo significatio verborū in prædicto instrumento expressorum adstringat prædictum dominū Io.nec ex propria significatione verborum contineatur obligatio alterius,incōueniens videtur dicere,ꝙ alius ex vigore illorum verborum sit obligatus. Præterea,etiam si verba essent ambigua,& que trahi possent ad varios intellectus,in dubio interpretatio fieret pro emptore contra venditorem:vt.ff.de pac.l.veteribus.& de serui vrba.prædi.l.si arbores.§.hæc lex.& de contrahen.emp.l.cū in.l.&.l. Labeo.Cùm ergo is.qui in dote accepit,

pit,similis sit emptori:vt.l.ex promissione,ff.de act.& obl.&.C.de impo.lucrā.de scrip.l.ita.& etiam,qui æstimatas accepit, verus est emptor: vt.C.de iure do.l.quoties.& loca.l.cùm fundus. multò fortius sequitur,cum verba non sint ambigua,sed pro accipiente facientia,quòd interpretatio fieri debeat pro emptore,contra do.Io.qui est venditor seu venditoris loco. Præterea,cū vnum contrariorum in alicuius perso-
6 nam † admittitur,intelligitur alterum esse remotum:quia ad vnius positionē contrariorum, alterius remotio sequitur.vt.ff.de verb.obli.l.hæc verba:ille aut ille.& de procu.l. Pompo.§.sed & is.& de instito.l.sed si pupillus.§.item si institoria.& in auth.de manda.princ. §.neque autem.& de codicil.l.fin.Cùm ergo in persona domini Io.adponatur recuperandi necessitas, sequitur, ꝙ in persona alterius,cui conceditur videtur facultas compellendi,necessitas sit remota.Mihi videtur inspectis verbis pactorum,quod pactum sit adpositum in fauorem domini Gerardi & domini Roberti,& ad onus domini Ioannis.& ideò non possunt ad onus dicti domini Gerardi vel dicti domini Rob.vel ad fauorem dicti domini Io.conuerti: vt patet in casu simili.ff.lo.l.ea lege.iuxta
7 regulas præmissas,videlicet ꝙ † in alicnius fauorem introducitur,non debet in eius odium redundare.& econtrà,ꝙ in alicuius onus introducitur, non debet in eius fauorem conuerti:vt.d.l.relegatorum.& determinatur in præalle gato.§.si verò institutio.in auth.de hęredi.& fal.Item,libellus pro parte domini Ioan.porrectus,nō procedit:quia rei vendi.intendit quam ei non competere apertè constat:quia in instrumento cauetur,quod in dotem & dotis nomine dedit & tradidit petias terræ, de quibus agitur,quæ verba rectè intellecta,domini translationem inducunt.da re enim est dominium transferre [a] :vt a
de regu.iuris.l.non videtur data.& de de verbo.obligat.l.vbi autem non adparet.§.fina.& de contrahen.emptio. l.si ita.§.j.& insti.de actio.§.sic itaque. Cùm ergo sit dominium translatum, constat quòd penes dominum Ioan. transferentem non remansit: quia penes duos esse non potuit:vt.ff.de castrē si pec.l.de hæreditate,§.filius.&. ff. cōmo.si vt certo,§.si duobus vehiculum. Si ergo penes eum remansit :sequitur, quod rei vendic.frustrà intendit, quæ soli domino datur.ff.de rei vendi.l.in rem actio. Præterea.cōstat,quod ti-
8 tulus pro dote est aptus † ad dominiū
b transferendum, [b] siue tradita sit res æstimata,siue inestimata in dotem: vt patet.ff.de acqui.pos.l.iij.§. genera.& de iure dotium.l.dotis fructus.§.fi.&.l. sed nisi.& de manumissi.seruum dotalem.& solu.matrim.l.dotalem.&.C.de rei vendi.l.doce.& plenè no.C.de iure dotium.l.in rebus.Item,constat, quòd scripta in instrumento publico pro veritate accipiuntur,nisi contrarium probetur.C.de proba.l.cum præcibus.Ex quibus adparet,ꝙ cùm in instrumento contineatur, ꝙ tradidit ex causa dotis,dominium est transiatum in accipientem.& relinquitur necessariò, ꝙ per dictum dñm Io.frustra rei vēd.pro ponatur cū soli dño detur: vt dictū est.

Item patet,quia.l.cauetur,ꝙ ex qua

causa facta traditione à non domino, transfertur vsucapiendi conditio, ex eadem causa facta traditione à domino transfertur dominium. Et econtrà vt ff. de contrahend. emptio. l. clauibus. & determinari soiet, de publica. l. sunt & aliæ. & de acquiren. possessio. Pompo. §. si iussu. sed facta traditione à non domino, & ex causa dotis †transfertur vsucapiendi conditio: vt. ff. pro dote lege prima & secunda. Ergo & facta traditione à domino, transfertur dominium Si ergo dominus Ioan. dicat se fuisse dominum, tempore traditionis, sequitur, quod dominium translatum fuit ab ipso domino Ioan. separatum. & ideo frustra rei ven. proponit. Præterea, cùm
11 res †traduntur æstimate in dotem, æstimatio venditionem facit: vt. C. de iure dot. l. quotiens. & l. cauetur, quod quando res traditur à domino ex causa venditionis, dominium transfertur: vt de actio. empti. l. ex empto. circa princip. Cùm ergo res traditæ fuerint æstimatę in dotem, sequitur, quod dominium sit
12 †translatum, quasi ex causa venditionis: cùm ipsa æstimatio venditionem inducat: & ideo inutiliter rei vendicatio proponitur. Et si dicatur, quod prædicta locum haberent, etiam vbi traditio fieret à domino, sed in casu proposito facta fuit à procuratore: & ideo prædicta non vendicãt sibi locum. Re-
13 sponsio est in promptu: † quia traditionem fieri à domino, & traditionem fieri à procuratore, quia sufficiens habet mãdatum, paria sunt: vt. ff. de acquiren. rerum domi. l. qua ratione. §. nihil. & de public. lege si quis prohibuerit. & insti. de rerum diuisio. §. nihil interest autem
14 Præterea, in instrumento cauetur, quod data fuit domino Ge. & Ro. libera potestas intrandi possessionem prædictarum terrarum: cuius vigore sequitur quod intrare potuerunt authoritate propria, adeò quod non potuit potestas data primò reuocari: vt. ff. quorum leg. lege prima. §. prodest autem. & argum. ff. de diuersis & tempor. præscript. l. de acquisiti. in fin. & de aqua plu. arcenda l. in diem. & C. de pignor. l. creditores. Item adparet, quod prædictus dominus Gera. habuit, tenuit & possedit possessionem prædictarum terrarum: & est præsumendum, quod ex titulo præcedenti & de voluntate eius, qui causam præbuit vt. C. de acquiren. possessio. l. secunda. & ff. de rei vend. l. quædam. & quod ibi not. & de rei vend. l. si à te. Et si dicatur, quod iure pignoris fuerũt traditæ res prædictæ, verba contractus
15 †repugnant: quia dicunt, quod dedit & tradidit in dotem, ex causa dotis, & æstimate traditæ fuerunt per quæ, vt per prædicta, probatur dominium est translatum. & ideò non potest dici esse pignoris loco: cum in re propria vinculum pignoris non consistat, regulariter & communiter: vt. ff. de exceptio. rei iudic. l. ex sextante. §. latinus. per quæ patet quod terræ, de quibus agitur, non potuerunt per dominum Ioannẽ iure dominii vendicari. & ideo sequitur, quod libellus non fuerit rectè formatus. Præterea posito sine præiudicio, quod pactum obliget prædictum dominum Ro. quod tamen non est non tamẽ propterea daretur ex vigore illius pacti rei ven. sed actio præscrip. ver. vel alia informata ex pacto incontinenti adposito vt. C

vt.C.de pact.inter emp.l.j.&.ij. de do. na.ante nup.l.si cum ante.& de iure do. l.etiam.& no.plenè.ff.de don.l.j.& ideò patet libellum in omnem euentum ma lè fore conceptum. Et ita dico & consulo ego Di.de Muxel.I.V.Doct.

Additio.

a ¶Transferre. Adde idem tenentem.d. Feli.in c.si cautio.de fi.instru.& d. Bar. Soci.in consil.lviij.incip.casus.l. municipalis.ver.j.alienatione circa prin. infrà.j.parte.

b ¶Transferendum. Adde tamen quod dotis causa, non est valida & sufficiens ad acquisitionē dñii per se; sed propter matrimonium, cùm dos non possit esse sine matrimonio,& ea quę oritur ex cōtractu matrimonii,sufficit,quod sit pro missa: licet non sit in aliquo modo inesse deducta purè vel sub conditione: tantum promissa etiam contracta sponsalia: vt per do.Bar.Soci.in consil.clxx. incip.in præsenti consultatione: quia copiose ver. confirmantur præmissa in ij.parte.

c ¶L.quotiens. Et ibi ad hoc vide gloss. & Bar.sed quare.vide Bal.in.l.cum dotem.eo.tit.in princi.& in.l.si propter.& ibi Bar.ff.re.amo.sed quid si dentur ęstimatæ hoc pacto,quod restituantur, si extant habita ratione augumenti & diminutionis, an talis æstimatio venditionem faciat? vide pulchrè & no.domi. Barto.Soci.in consil. lvij.incip. stantibus.suprà scriptis.ver.tres casus. in prima parte. Quod consi.vide totum cùm ibi sint multa no.ad materiam hanc.Et quod ęstimatio faciat emptionem & est causa habilis ad dominii translationem vide per do.Maria.soci.in consil. ix.incip.prosequendo ordinem.vers. viij.ex illis.& versi.xij.circa medium in.j.parte.Sed contra prædicta no. in. l.quæsitum.§.cùm vir.ff.de leg.iij. Tu verò vide plenè Bar.in.l.si vt certo.§.nunc videndum.ad fi.ff.commo.& in.l. cū fundum.& ibi Barto.loca.& Bal.in l. j. iij. q.C.commo.vbi dicit, quod æstimatio facit emptionem in contractibus,in qui bus naturaliter ex natura contractus dominium transfertur,non aliàs & Sali.& plenè Bal.in.l.j. C.pro socio. & in l.si pascenda.C.de pact.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Bona feudalia non comprehenduntur hæreditatis appellatione.*

2 *Ad filios transeuntia, tanquàm ad filios, an videantur repudiari, repudiata hæreditate paterna. Et quid in petitione bonorum transeuntium ad filios.nu.3.*

4 *Consensus sequens initus tempore latæ sententiæ, num videatur restringi ad formam conuentionis extra iudicium habitæ.*

5 *In cōuentione cum simplici tum generali, videtur ea deduci, quæ de iure communi licent.*

7 *Filiabus non est licitum sine pacto speciali in feudum succedere.*

7 *Filiæ à feudo repelluntur, extantibus masculis & infra.nu.8.*

8 *Conuentionum dubiarum forma, ad iuris communis interpretationem reduci debet.*

9 *Conuentio de diuisione bonorum facienda, ad iuris communis formam reducenda est.*

10 *Sententia sit contra sententiam lata, an ipso iure nulla, cum vtranq; profertur super eadem re.& nu.11.13.*

12 *Sententia generalitas, restringitur ad ea sola quae verisimile est in iudicium deuenisse.*

Consilium. II.



ISIS ET DILIGENter examinatis in suprà dicta quæstione allegationibus & iuribus vtriusq; partis, consilium mei Di. de Muxello, tale est: videlicet, quod debeat pronuntiari bene appellatum, & malè iudicatū. Hoc ideo: quia sicut pru-
1 denter est allegatum, hæreditatis † appellatione, bona feudalia non continentur vt not. in. l. item videndum. §. fin. ff. de peti. hære. Item adparet, quia agnatus hæreditate repudiata, nihilominus petit feuda: vt in. x. colla. ne agna. & fi. ca.
2 circa prin. Item ea, quæ trāseunt vt † ad filios, nō videntur repudiari repodiata hæreditate paterna: vt. ff. de iurepa. l. filii. & de bonis libe. l. si patronus. §. fin.

Contrà, petendo ea, quæ transeunt ad
3 filios, vt † ad filios, non videntur proptereà petere hæreditatem paternam, nec ei se immiscere, etiam si tanquam hæredes petant: vt. ff. de acqui. hæred. l. pro hærede. §. quid tamen per quæ adparet manifestè, quod licet conuenerint de hæreditate paterna diuidenda certo modo, & super eo pronuntiatum fuerit non videntur proptereà conuenisse de diuisione feudorum, nec super ipsorum diuisione pronuntiatum videtur, cum
4 † consensus sequens adhibitus tempore prolatæ sententiæ limitari videatur, & per limitationem restringi ad formam conuentionis extra iudicium habitæ: quam constare videtur fuisse. de hæreditate diuidenda: arg. ff. de pact. l. item quia circa fi. & de verb. obl. Titia. §. idē resp. Prætereà, constat quod in simplici
5 conuentione, & etiam † generali ea sola videntur deduci, quæ de iure communi licent: vt. ff. de mune. l. lucius. §. j. &. C. de na. no. cum. l. j. lib. x. de condi. inde. l. si procu. & de pecu. l. qui peculii. & quæ
6 in frau. credi. l. si pater filio. sed non † est licitū filiabus sine pacto speciali in feu-
a dum succedere[a]; vt patet de his qui feu. da. po. §. hoc autem videndum. & de successione feudi. circa princi. §. filia. & de grad. suc. in feu. §. ad filias verò. ergo nō videtur in simplicem conuentionem de bonorum & hæreditatis diuisione concepta venisse: & consequētur nec in sententiam ex forma conuentionis latam.

7 Præterea, etiam si in † feudi concessione speciale pactum adponatur quod tam filii, quàm filiæ in feudū succedāt: nihilominus inter eos ordinis prorogatiua seruatur: quia filiis extantibus filiæ repelluntur: vt in præallegato titulo de successione feudi. §. filia verò. & in titulo de eo, qui sibi & hæredibus suis masculis & fœmi. inue. ac. c. j. ibi dum dicit: non enim pater locus fœminæ in feu. suc. &c. Si ergo hoc est, quod ex vigore specialis conuentionis, quæ pariter se habet ad filios & ad filias, filia non admittitur extantibus filiis, sequitur, quod multominus debeat admitti ex vigore simplicis conuentionis, & etiam generalis. posito quod etiam generalis esset, quod non videtur: cùm multa possint & soleant in specialem conuentionem deduci, quæ non creduntur in generali: vt de mino. l. illud. §. si tale. & de procura. l. Pompo. circa prin. & l. non solum. §. fi. & de acqui. hære. l. si quis mihi bona

bona.§. sed vtrum. Præterea, forma
8 dubiarum conuentionum † ad iuris cōmunis interpretationem & ad intellectum reduci debet: vt patet. ff. de admi. re. ad ciui. parti. l. curatores. §. fi. Sed ius commune ita se habet: quia filiæ non succedunt in bona feudalia, quandiu extat aliquis filiorum: vt in præallegato titulo de his, qui feu. da. po. §. hoc autem. & de success. feu. l. filia verò, & de gradi. succes. feu. §. ad filias. & de eo, qui sibi & hæredibus suis. c. j. ergo simpliciter conuentio de facienda diuisione bo-
9 norum, reducenda† est ad formam iuris communis. Id est ad ea bona, quæ de iure possunt ad filias pertinere. Ad ea verò, quæ de iure pertinere nō possunt id est ad feudalia, non potest extendi.
Præterea, tunc est verum, quia sententia
10 † contra sententiam lata, est ipso iure
b nulla[b], cum vtraq; profertur super eadem re, vel vtraq; generaliter: ita quod per omnia videtur idem deductum in vna, quod in altera. & ita intelligitur. l. j. C. sen. rescin. non po. & l. j. quādo prouo. non est necesse. Sed vbi vna generaliter & alia specialiter, sicut videtur in proposito est tunc non videntur super eodem prolatæ, quia species de genere eximitur: vt de pœnis. l. sanctio legitimi. & de verb. obl. l. doli clausula. & de lega. ij. l. vxorem. §. filiatio. & de alimentis lega. l. alimenta. §. pe. & l. stichus. in prin. Per quod patet, quod. ll. illæ quæ
11 dicunt† nullam esse sententiam contra sententiā latam, non vendicant sibi locum in casu nostro. Item, quia sicut supra probatum est, sententia prima non videtur fuisse generalis sed specialis de diuidenda hæreditate, secundum formā præcedentis conuentionis & ideò sicut suprà dictum est, non extendebatur ad bona feudalia, sed restringebatur ad bona feudalia, sed restringebatur ad hæreditaria tantum. Et ideò inconueniens est dicere, quod istæ duæ sententiæ sint contrariæ & videant super eadem prolatæ. Præterea generaliter sententiæ
12 sicut † manifestum est, restringitur ad ea sola, quæ verisimile est in iudicium deuenisse, vt. ff. de except. rei iudicatæ. l. si ex testamento. & l. sic in testamento agendum. & C. de iudic. licet. Sed verisimile est actum fuisse de his bonis, quæ debebant de iure in diuisionem venire inter masculos & fœminas: ergo effectus sententiæ etiā si generalis foret, ad illa bona feudalia non extenderetur. Et
13 † posito, quod ad illa extenderetur, adparet eum sublatum esse per effectum secundæ sententiæ: in qua continetur, quod res feudales non cadant in diuisionem prædictam. Et posito, etiam quod ista secunda sententia nulla esset, quia contra primam prolata, tamē sicut proponitur per. l. municipalē ciuitatis Veronæ, debuit de nullitate proponi infrà decem dies, & propositum non fuit. & ideo secunda sententia firma remanet, & tollit effectum primæ, posito quod esset ei contraria, quod tamen non est, vt suprà ostēdi. Et ita prout supra dico & consulo ego Dinus de Muxello, Iuris vtriusq; Doct.

Additio.

a ¶ Succedere. An & quando viri feudū, pro se & filiis masculis, & fœminis debeat fœminis vide plenè de Alex. de imo. in. l. ꝙ dicit de ver. ob. vbi multa alle. &

le.& Bar.Ce.in sing.ver.lxv.& Bald.in dictis tit.in vsi.feu.alleg.hic in tex.per Dyn.& in.l.fin.C.de suis & leg.& in.l. liberti.C.de oper.liber.vbi quòd ordine successiuo, scilicet post masculos: tamen vide do.Maria.Socin.in consil. xix.incip.pro decisione prædictæ. ver. quinimo fortius. cum.ver.sc.in.j. parte.quòd si quis recipit per se filijs masculis seu descendentibus suis tam masculis,quàm fœminis,quòd filia fœmina non succedit superstite filio masculo, sed excluditur. & defuncto masculo,feudum reuertitur ad dominū. quòd est fortius.sed vide per do.Barto,Soci. filium præfati domi.Mariani in consil. cclvij.incip.visis instrumentis Romanorum.versicu.aliquando & tertiò ibi: nam consuetudines.in .ij. parte.quòd feudorum iura prohibentia filias fœminas excludentes,sunt exorbitantes: & ideo sunt intelligendæ in casu proprio,& non improprio, & simpliciter, non secundùm quid vide omnino Pau. de castr.in consil.cliiij.& in consi.clxj. vbi etiam dicit,quòd non stipulatum filiis fœminis non transit ad eas per.c.j. qui feu.da.pos.

b ¶ Nullas Vide Ioan.pu.in .l.si diuersa. C.de transa.vbi ponit sex limitationes in quibus sententia contra sententiam valet:de quibus etiam vide Panor.in.c. inter monasterium.in vers.& sic habes. de re indi,vbi etiam plenè per Feli.& in.c.qualiter & quando.de accusa.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Vsusfructus legati dies,cedit ab hæreditate adita.*

2 *Testamentum non subsistit,si quis repugnans contineat.*

3 *Contrariorum vno electo,alteri videtur tacitè renuntiatum.*

4 *Relicta in testamento,non debentur ante hæreditatis aditionem.*

5 *Hæreditas adiri non potest ex institutione concepta in diem incertum,vel sub conditione,antè.quàm dies incertus vel conditio existat.*

6 *Vsusfructus & dominium,quid differant.*

7 *Hæredes duo insolidum institui non possunt*

8 *Temporis particularitas, vniuersitate rerum æquipollet.*

9 *Legatum debetur adita hereditate.*

10 *Heres an possit institui post tempus incertum*

11 *Oratio dubia & absoluta,copulatiuæ æquipollet.*

Consilium III.



IN CHRISTI NOmine,amen.Quæstio talis est: Quæda condidit testamentū,in quo inter alia,quādā vxorē suam dominam & vsufructuariā reliquit, & quosdā sibi hæredes instituit,finito demùm vsufructu dictæ suæ vxoris. Vult modò dicta domina habere vsufru. bonorum mariti, Opponitur,ꝙ nō de-
1 bet habere:quia † dies legati vsufructus cedit ab adita hæreditate: sed hæreditas non potest adiri,vt dicitur,per hæredes cùm hæredes sint instituti demū finito vsufru.dictæ vxoris.Et quòd domina sit in totum repellenda,potest eui-
2 denter ostendi: quia vbi † repugnantia in testamento continetur, nullum descriptū in testamento valet:vt de re.iuris.l.vbi repugnantia.& de cōdi.insti.l. si titi

si titius. Sed constat, quod esse vsufructuariam, & esse dominam, repugnātia sunt: cùm nemo possit habere vsumfructum vel aliam seruitutis specialem in illa re, in qua habet dominium: vt. ff. si vsufru.peta.l, vti frui. & de serui.vrb. præ. l.iure communi. & de iure do.l.cùm in fundo circa prin. Cùm ergo in testamento contineatur, quod testator instituit eam dominam vsufructariam, negari non potest, quin testamento sit contrarietas. & ratione contrarietatis tota dispositio sit inutilis. Et † ad huius cōfirmationem accedit: quia vbi vnum cōtrariorum eligitur, tacitè videtur esse alteri renuntiatum: vt. C. de codicil.l. fi. & de fur.l.j. & de insti.l.sed & si pupillus. §. si in institoria. & de verb.oblig.l. hęc verba. Cùm ergo, esse dominam & vsufructuriam, sint opposita: vt suprà probatum est, sequitur quod per positionē dominii remoueatur positio vsufruc. & econtrà positione vsufructus, remoueatur positio dominii. & ideò tota dispositio sit inutilis, quasi cuilibet ipsius partis videatur per testatorem renuntiatum. & ideò non potest negari, quin in verbis testamenti perplexitas deprehendatur. & ratione perplexitatis, tota dispositio inutilis constituatur. Præ-
4 tereà † constat, quod relicta in testamento, non debentur antè, quàm ex eo hæreditas adeatur: vt. C. de fideicom.l.eā, quā. & de regu.iur.l.si nemo. & de testa.tu-
5 te.l.si nemo. Item constat, quod † ex institutione concepta in diem incertum, vel sub cōditione, nō pōt adiri antè, quàm dies incertus vel conditio existat: vt. C. de hære.insti.l.extraneū. & de cadu.tol. §.in nouissimo. & ff. de hæredi. insti.l. in tempus. in prin. & l.si quis instituat. & l.qui filio. Ex quo sequitur, quod cū hæreditas adiri non possit ante aduentum diei incertæ institutioni adiectæ, quod nec legatum in testamento relictū possit deberi. ergo nec relictum dominæ Meglorätæ cùm dies vsufructus legati non cedat, antè, quā hæreditas adeatur: vt de cadu.toll.§.in nouissimo. & quādo dies vsufru.lega.ce.l.vnica. Prætereà con-
6 stat, quod vsufructum † & dominium non potest eligere, cum sint opposita, vt suprà est ostensum. ergo licet legatum ab solutè sit relictum. haberi debet perinde, ac si relictum esset disiunctiuè: vt. ff. de reg.iur.l.in eo, quod. §. vbi verba. sed vbi duo legata disiunctiuè relinquuntur, quorum vnum possibile est cedere à morte testatoris & aliud ab adita hæreditate cedit, expectatur quantū ad electionem fienda, quòd cedat dies vtriusquæ: vt. ff. quando dies vsufructus lega. ceda.l.si vsufructus. in prin. & l.cùm ita illud. sed diem vsufructus lega. non est possibile ante aditionem cedere: vt suprà probatum est. ergo nec est possibile cedere legatum dominii. & si non est possibile, quod cedat: ergo electio eius, nulla foret, dato quòd domina alterum eorum eligeret: vt de opti.lega.l. optione legata. & de lega.primo.l.Iulius Paul[9].
7 Prætereà, certum est, quòd † testator non potuit duos instituere hæredes, ita quòd quilibet esset in solidum hæres: vt ff. de regu.iur.l.quod circa. §. vni duo. ergo domina non potuit hæres existere cùm alii scripti essent hæredes vniuersales, & sine certi temporis diffinitione. Ex quo relinquitur, quòd alii sunt hæredes. & non domina. Quod ita probatur:

8 tur:quia.l. cauetur, † ꝙ particularitas
temporis ęquipollet particularitati re
rum:vt patet.ff.de mili.testamento. le.
miles ita.§.& quia diximus.sed institu-
tus ex re certa, habetur pro legatario, &
non pro hærede: vt.C.de hæredi. insti-
tu.l.quotiens.Ergo etiam si concedere-
mus æquè institutum videri pro parte
temporis, dum viueret, sequeretur, quòd
alii hæredes instituti, etiam sine tempo
ris præfinitione haberentur loco hære
dum vniuersalium, & domina habere-
tur loco legatarii:& ideò non esset pos-
sibile legatum deberi cum effectu, nisi
post aditionē hæreditatis: vt suprà osté
sum est.sed hæreditatem certum est adi
ri nō posse, antè, quàm dies incerta exi
stat. ergo nec est possibile legatum pe-
ti. Item iuxta considerationem præ-
9 missam id est, quia legatum † relictum
debetur demum post aditionem hære-
ditatis, sequitur quòd vsufructus videa
tur dominæ relictus demùm, cùm mo-
rietur:& ideo relictum inutile: vt.ff. de
vsufru.leg.l.si vsufructum. & de vsu-
fru.leg.l.ticio. In contrarium vide-
10 tur, ꝙ domina Megloreta † sit hæres, &
consequēter domina pleno iure vsque
ad tempus mortis suæ: quia certum est
hæredem institui posse post tempus in-
certum: cùm æquipollere videantur: vt
C.de hære.insti.l.extraneum. Præter
11 eà, dubia † soluta oratio, æquipallet co-
pulatiuæ: vt.ff.de verbo.obli.l. triplici.
§.videamus.& not.in eo.tit.l. alienatio-
nis.§.fin. Sed constat, ꝙ vbi plenum do
minium & vsusfruct[a] copulatiuè relin-
quuntur, ꝙ est in electione illius, cui re
linquitur. vtrum petat vsufructum vel
a dominium plenum[a]: vt. ff.de vsufruc.
leg.l.si Titio.ergo & vbi absolutè relin
quitur, sicut est in proposito, electio de-
bet esse illius, cui relinquitur. Ex quo
patet, quod est electio dominiæ vtrum
habeat vsufru.vel dominium plenum.

Sed ad hæc omnia posset responde-
ri: quia locum habere possent, vbi ali-
quis esset hæres per cuius aditionem re
licta confirmantur. quem patet non es-
se in quæstione proposita, viuente do-
mina. Et ideò quæstio remanet in hoc
solùm, an hæres institui possit ad tem-
pus incertum: sicut ex tempore incer-
to? Et ita dico & consulo ego Dy.de Mu
xello iur.vtriusq;.doct.

Additio.

a ¶Plenum. Et an, & quando potestatem
habeat eligendi dominium vel vsum-
fructum: vide d.Barto.Soci.in consilio.
ccx.incipien.satis anceps fui.in princi.
cum versicul.sequen. vsque ad fin. in
secunda parte.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Hypothecaria an procedat, pœna non li quidata, aduersus possessores. & n. 4. 7. 9. 11.*
2 *Res transit cum sua causa & onere.*
3 *Testes inducti ad perpetuam rei memoriam, contra eos, contra quos actum est ad pœnam, an valeāt cōtra possessorē bonorū obligatorū.*
5 *Debitor, quis dicatur.*
6 *Hypothecaria non datur ad aduocandū ea, quæ debitor alienauit, añ, quā inciperet esse debitor*
8 *Bona purè obligari, & obligari sub conditione, & conditionem existere, paria sunt.*
10 *Bona si sint primò obligata vni sub conditione, secundo alij purè, tertiò existat conditio primi, ille debet preferri alteri.*

Testes

12 *Testes inducti in bonorum distractione, ad perpetuam rei memoriam, probant æquè contra emptorē, atque contra venditorem.*
13 *Causæ vnius acta, prosunt in alia inter easdē personas.*
14 *Emptor & venditor, quantum ad ius rei distractæ, idem reputantur.*
15 *Debitoris alienatio, non debet conditionem creditoris reddere deteriorem.*
16 *Res transit cum sua causa & onere.*
17 *Incommodum ex eadem causa sentire quis debet, ex qua commodum cepit.*
18 *Confessio, quantum ad ius probandi tollendū, sententiæ æquipollet.*
19 *Sententia lata contra venditorem, an post venditionem noceat emptori: ea ratione, qua contra debitorem, post obligationem non nocet creditori. & nu. 21.*
20 *Confessio & probatio, pares sunt.*
21 *Contrariorum eadem disciplina.*

Consilium IIII.



VAESTIO TLIS EST. Titius & alii cōplices ex parte vna, & Martinus & alii ex parte alia, fecerūt inter se pacē &c. Et quilibet pro sua parte promisit insolidum dictam pacem habere firmam & ratam & non contrafacere vel venire, ad pœnam mille librarum: & obligauerunt pro prædictis seruandis inter se adinuicem omnia eorum, & cuiusque eorū bona &c. Et pro dicta pœna, sic ommittere tur per aliquem dictarum partium, daretur cui & quibus contrà factum fuerit, prout vobis constare posset &c. Præterea, dictus Titius, & quidam alii, qui obligati sunt ad dictam pacem, vendiderunt iure proprio quasdam terras, domos, & possessiones confinatas per ordinem certo pretio quibusdam hodie possidentibus, & qui hodie possident ex dictis bonis. Demùm. dictus Titius aliqua furta commisit in rebus dicti Marti. cuius occasione & aliis quàm pluribus fuit condemnatus ad mortem, & furta per eum commissa in bonis Martini confessus fuit in iudicio. Et posteà porrecta fuit petitio de pace rupta, petendo pœnam, in quam inciderunt contra Titium, & eius hæredes & alios contentos in pace, qui omnes obligati sunt pro prædicta pace seruanda: & pro facto cuiuslibet suæ partis & eis non comparentibus, ad iurandum fuerunt inducti testes ad perpetuam rei memoriam, probantes legitimè dicta furta fuisse commissa. & meruerunt sententiam contra eos, secundùm formam statutorum communis Florentiæ: prout constare potest per publicum instrumentum & per acta: & quia nunc dictus Martinus intendit agere per hypothecariam contra possessores dictorum bonorum, nomine dictæ pœnæ: & pro dicta pœna iam commissa, & secundùm formam statuti communis Florentiæ, non requiritur bona principalis esse excussa. 1 Reuocatur in dubium & opponitur pro parte dictorum possessorum, quòd dicta hypothecaria non procedit cùm pœna non sit liquidata aduersus possessores: sed tantùm contra principales personas, Videtur not. l. si conue. ff. de pignorat. actio. Itaq; dicta testificatio ad ęternam rei memoriā cōtra Titiū, & alios, cōfessio dicti Titii nō debet possess

possessoribus irrequisitis aliquod præiudicium generare, maximè cùm dicta bona possederunt antè, quàm dicta pœ
2 na commissa fuerit. Et ex aduerso † dicitur, quòd non fuit necessarium: cùm contra eos non ageretur. & quòd sufficit ipsa probatio: quia ex facto ipsorũ bona debent auocari, cùm habeant causam ab eo. & res transiuit cum sua causa, non deberet deterior fieri conditio creditoris propter alienationẽ factam à debitore. aliòquin esset in potestate eius fraudare creditores alienãdo, cùm sciat sententiam ferri contra eum: proponendo, quòd probatio facta contra eum, non noceret possessori. quod esset
3 absurdum. Nunc quæritur, an † testes inducti ad perpetuã rei memoriam contra ipsos, contra quos actum est ad pœnam, valeant contra extraneos possessores, qui possidẽt bona obligata? Ex præmissis duo sunt simpliciter inquirenda. Primum est, vtrũ Martinus prædictus possit agere hypothecaria cõtra emptores, eosdémque bonorum possessores, cùm bona fuerint alienata ante pacis fractionem, & ante pœnæ commissionem? Secundum, an testes inducti ad perpetuam rei memoriam contra ipsos, contra quos actum est ad pœnam, valeant contra extraneos possessores, qui possidẽt bona obligata. Et
4 circa primum, videtur primò † de iure ostendi posse, quòd Martinus non possit hypothecariam intentare contra bonorum possessores. Certum est enim, quòd quotienscunque est in potestate debitoris, ne bona ex prima conuentione obligentur, posterior, in quem ius est translatum per debitorem, præfertur possessori. Vt ecce, si conuenit inter me & Titium, quòd si pecuniam ab eo accepero, res sit ei obligata. & posteà pecuniam accepi à Sempronio: & eandem rem obligaui. licet pecuniam posteà accipiam à Titio, præfertur Sempronius, cui posterius conuenit, quòd esset obligata. & hoc ideo, quia accipere pecuniam à Titio, vel nõ accipere erat in potestate debitoris: vt. ff. qui pot. in pig. l. j. & l. potior. j. responso. Sed in proposito erat in potestate Titii suprà dicti, frangere pacem, vel non frangere. & consequenter vtrum bona sua futura essent obligata vel nõ. Ergo si ante fractionẽ pacis bona transferuntur in alium, videtur illum, in quem translatio facta est, esse potentiorem eo, cui pax rumpitur post translationem bonorum. Præterea constat
5 Titium † debitorem non esse ante fractionem pacis, & incipere debitorem esse tempore pacis fractæ. & hoc patet quia debitor appellatur is, à quo inuito exigi potest: vt. ff. de verborum, & rerum significatione. l. debitor. & l. creditores. ab eo, autem qui sub conditione promisit, certum est nihil exigi posse, pendente conditione: vt de verborum, & rerum significatione. l. cedere diem. Si ergo alienat antè, quàm incipit esse debitor, non potest per hypo-
6 thecariam aduocari: quia † hypothecaria non datur ad aduocandum ea, quæ debitor alienauit antè, quàm inciperet esse debitor: vt. C. de iure fisci. l. prima. libro decimo. & de bonis damnat. l. si quis pro hac. Præterea, vbicunque pœna committitur, si quid fiat, quod fieri non conueniat, spectatur

temp

tempus commissionis pœnæ, & non tempus promissionis: vt.ff.de verbor. obligat.l.cum filius.§.in hac.Si ergo & in quæstione præmissa spectari debebit ipsius cõmissionis pœnæ, non promissionis: sed tempore commissionis bona reperiuntur alienata.ergo nõ cadunt in obligationem:& ideò non possunt per hypothecariam aduocari.

7 †Econtrà videtur, quòd dictus Martinus agere possit hypothecaria contra possessores bonorum & aduocare debeat, & possit à possessoribus ipsa bona de iure: quia licet quantum ad veritatem bona obligẽtur tempore, quo pœnam committit per fractionem pacis, tamen obligata intelliguntur ex tempore promissionis: quia si debitori sub conditione obligato acceptũ ferat conditione pendente, licet quantum ad veritatem liberetur in conditionis euentum: tamen liberatus intelligitur ex tempore acceptilationis interpositæ: vt ff.de solut.l.sub conditione.Sic ergo & in proposito licet bona verè obligẽtur tempore, quo pœna committitur: tamẽ obligata intelligũtur tempore promis-
a sionis.[a] cùm ergo promissio alienationem præcesserit, sequitur, quòd bona alienata possint per hypothecariã ad-
8 uocari. Præterea †bona pure obligari, & obligari sub conditione, & conditionem existere, paria sunt: quia effectus conditionis trahitur ad diem contractus, cùm purè contrahi, & contrahi sub conditione, conditione existente, paria sunt: vt.ff.de peric.& commo.rei vend.l.necessario.§.quòd si pendente. & de naut.fœ.l.nihil.& de fideiuss.l.si à reo.§.item, sub diuersis.& de vulg.substit.l.fi.§.Titius.Cùm ergo contractus
9 † promissionis pœnæ, & obligationis bonorum, licet conditionaliter celebratus præcesserit ipsorum bonorum alienationẽ, sequitur, quòd ipsa bona alienata possint per hypothecariam aduo-
10 cari. Præterea, casus†est.l.lege enim cauetur, quòd si bona primò obligantur vni sub conditione, secundò obligantur alii purè, tertiò existat conditio primi, quòd primus debet præferri: quia perinde habebit, ac si eo tempore, quo stipulatio est posita sine conditione, facta esset: vt.ff.qui pot.in pig.hab. l.potior. in ver.videamus.&.l.qui balneum.§.eo amplius. Mihi autem Dino de Muxello videtur, quòd Martinus
11 prædictus possit † bona alienata post promissionẽ, & ante pacis fractionem, per hypothecariam aduocare: arg.præalleg.l.pecunia. ij. respon.&.l.qui balneum.§.eo amplius.& ad.l.potior.j.responso.& ad.l.j.ff.qui pot.in pign.hab. Respondendum est ibi, erat in potestate sua obligationẽ principalem aduocare, & consequenter accessoriam: vt.ff.si cer.pet.l.qui pecuniam.In proposito autem inuito stipulatore nõ poterit vinculum pignoris dissolui.& ista solutio colligitur in.l.qui balneum. in princ.&.l.potior.j.respon. Circa se-
12 cundum, videtur † primò, de iure posse probari, quòd testes inducti cõtra eos, contra quos actum est ad pœnam, valeant contra extraneos possessores bonorum obligatorum. Primò, quia.l.cauetur, quòd emptoris eadem causa esse debet, & circa petendum & circa defendendum, quæ fuit eius authoris: vt ff.de reg.iur.l.inuitus. §.plerunque. &

b redd

redditur ratio in alia regula iuris: quia non debeo melioris conditionis esse, quàm author meus, à quo ius in me transit: vt in eod. tit. l. in his offic. §. non debeo. Constat autem, quòd testes inducti ad perpetuam rei memoriam valerent contra venditores: vt in authen. de testi. vrb. præd. &. C. de testi. authen. si quis ab aliquo. ergo & valere debent contra emptores. Prætereà, constat,

13 quòd † acta vnius causæ, prosunt in alia inter easdem personas: vt. C. de arbit. l. pe. §. licet. & de testi. l. fi. de lib. cau. l. pe. & no. in. l. is, apud quem. C. de eden. Esse autem eandem personam & eandem reputari, paria sunt, quantum ad ius effectum: vt in auth. de iureiur. l. amor. §. præterea. circa prin. & de diuer. & tempo. præscrip. l. cùm hæres. & de publi. l.

14 si ego. §. pactus. sed vẽditor † & emptor quantum ad ius rei venditæ, idem reputantur: vt. ff. de contrahen. emp. l. dolia. §. cum. & de hære. ven. l. emptori. & d. l. inuitus. §. plerunque. ergo attestationes productæ cõtra venditorem, nocere debent emptori in alia causa, cùm venditoris personam repræsentent.

15 † Præterea, alienatio debitoris, non debet conditionem creditoris deteriorem facere: vt. C. de pig. l. si debitorem. & de remiss. pig. l. res pig. & de distr. pig. l. si deterior. debi. vendi. pi. in pe. no. po. l. j. & . ij. Sed si non constituere poterit deteriorẽ, ergo testes ad perpetuam rei memoriã inducti debent probare contra emptorem, sicut probarent contra venditorem. aliàs conditio creditoris constitueretur deterior: quia adstringeretur ad onus nouæ probationis.

16 † Præterea, certũ est, quòd res transit cum sua causa & cum suo onere. ff. de acqui. rer. do. l. traditio. & de cõtrahen. emp. l. alienatio. & de vsufr. l. si pendentes. § si quid. & . §. si quia seruitus. Sed penes alienãtem res erat cum illo onere. s. quòd probata per istos testes fractione pacis, res obligatæ poterant per hypothecariam aduocari: ergo cùm eodem onere esse debent penes emptorẽ.

Præterea, ex qua persona quis sentit

17 commodum (cùm † eadem sit natura contrariorum) ex eadem de iure sentire debet in cõmodum: vt. ff. de reg. iur. l. ex qua persona. & . l. secundum naturam. Sed cõstat, quòd cõmoda ex persona venditoris prouenientia etiã post contractum venditionis, transeunt ad emptorem: vt. ff. de rei vend. l. emptori. & de reb. eor. l. illicite. ergo & incõmoda ex persona vẽditoris prouenientia: licet post contractum venditionis spectare debeant & pertinere ad onus em-

18 ptoris. † Præterea, qua ratione sentẽtia lata contra venditorem, nocet emptori: vt. de excep. rei iudi. l. exceptum. & de excep. rei vend. sic eadem ratione & confessio venditoris: quæ quantũ ad onus probandi tollendum, æquipollet sententiæ: vt. l. proinde. §. nondum. ad leg. Aquil. & de re iudi. l. post rẽ. nocere debet emptori. Ecõtra videtur, quòd

19 sententia † lata cõtra venditorem, post venditionem non noceat emptori, qua ratione contra debitorem post obligationem nõ nocet creditori: vt. ff. de excep. rei iud. l. si mater. §. fi. & . C. de pig.

20 l. præses prouinciæ. † Præterea, confessio & probatio, pares sunt: vt. d. §. nondum. Sed confessio venditoris post venditionẽ factam, non nocet emptori: ergo

ergo nec probatio contra venditorem inducta. arg. ff. ad Treb. l. facta. §. si hæres. & quemadmodū serui. amit. l. si pa-
21 trem. §. si per fundū. †Prætereà, colligitur à contrario sensu ex. l. sæpe. §. sed scientibus. de re iudi. Quia si factū venditoris nocet emptori, quando patitur eum de re vendita litigare: ergo quando non patitur, sequitur quòd nocere nō debet. Mihi Di. de Mucello videtur, quòd ea quæ nocebant seu noce-
22 re † poterant venditori ante venditionem, noceant emptori & ad eius onus pertineant: ea verò quæ nocere cœperunt venditori post contractum venditionis, propter factum ipsius vēditoris, non debeant nocere emptori, nec ad ipsius onus pertinere. arg. præal. l. C. de pig l. præses prouinciæ. & ff. de pig. l. si superatus. §. fi. & de except. rei iudi. l. si mater. §. fi. & ideo quantum ad ea, quæ alienata fuerunt post productionem & confessionem, valebant attestationes contra emptores. sed quantum ad ea, quæ alienata fuerunt antè, erit opus de nouo probari. & ita dico & consulo iuris esse: prout supra, scriptum est. Ego Di. de Muxello iur. vtri. doct.

Additio.

a ¶ Promissionis. Adde idem tenentem Bar. in. d. l. j. alleg. in tex. C. de iur. fi. lib. x. in. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. per illum text. vbi etiam vide Bald. ad fin. versi. quærit hîc Cyn. & Spec. in tit. de pignor. versi. sed quæritur. an. & ibi Bald. in additio. versi. secundo. & Bart. in. l. vsucapio. in versic. item oppon. de l. C. de pignor.

SVMMA CAPITA.

1 *Minor xxv. annis, an possit donationem factam inter viuos, iuramento confirmatam, reuocare, etiam si senserit se inde enormiter læsum. Et an restitutio possit ei iure concedi. & numero quarto, sexto, & decimoquinto.*

2 *Iuramentum irreuocabile, confirmat contractum super rebus à minore celebratum.*

3 *Donatio, est contractus.*

5 *Iuri, quod ignorat, non præsumitur quis renuntiare.*

7 *Mulier si renuntiarit* Velleiano, *an teneat renuntiatio.*

8 *Mulier & minor, quantum ad ignorantiam præsumendam vel ferendam, æquiparantur.*

9 *Rusticus, & minor æquiparantur: & in vtroque æquè præsumitur iuris ignorantia.*

10 *Solemnitas non præsumitur, nisi probetur.*

11 *Iuramentum præstitum à minore, quid operetur.*

12 *Iuris ignorantia num toleretur in maiore, vbi agitur de damno vitando.*

13 *Iuris & facti ignorantia æquè tolerantur, vbi agitur de damno vitando.*

14 *Error mistus iuris & facti, vbi reperitur, & error iuris, habet originem ab errore facti, quid tum seruandum.*

Consilium V.


IN CHRISTI NOMINE, Amen. Quæstio talis est: quidam nomine Ioff. minor xxv. ann. maior tamen xiiij.

propter gratuita seruitia sibi collata per Symbundum fratrem suum, eidem Symbundo fratri suo purè, merè, simpliciter, & inter viuos, tanquã bene merito donauit, dedit, & concessit inter viuos omnia bona sua, & iurauit corporaliter nullo tempore cõtrauenire de iure vel de facto. Modò videns se per predictã donationẽ læsum enormiter, vult postulare restitutionẽ in integrũ: & prædictũ contractum donationis rescindere. & est quæstio, vtrũ possit iu-
a ramento nõ obstante [a]? Et † cuili-
2 bet prima facie videretur, ꝙ non: quia iuramentum irreuocabile, confirmat contractum super rebus suis à minore celebratũ: vt in authen. sacramenta. C.
3 si aduer. ven. Sed constat † donationẽ, esse cõtractum: vt. C. ꝙ metus causa. l. si donationes & de fide instrumen. l. cõtractus. & de præscrip. xxx. annorum. l. si quis emptionis. ergo poterit per iuramentum minoris irreuocabiliter confirmari. Tamen veritate considera-
4 ta satis † efficaciter de iure põt ostẽdi, quòd non obstante iuramento possit contra dictam donationẽ petere restitutionẽ in integrum. Pro hoc facit, quia. l. cauetur, ꝙ iuramentum nõ trahitur ad illa, de quibus non est verisimile iurantem sciuisse. ff. ad munici. l. fin. in princ. & de iure patro. l. adigere. §. fin. &. C. de non nume. pec. l. fi. Sed
5 † lege etiam cauetur, quòd non est verisimile aliquẽ voluisse renuntiare iuri, quòd ignorat sibi competere: vt. ff. de acquiren. hæredi. l. si is ad quẽ. &. l. necis. §. j. &. l. Claudi⁹. de pe. hæredita. l. legitimã. & de inoffi. testamẽto. l. mater. §. cæterarum. &. l. nihil. §. si cum fili⁹. & de interro. ac. l. de ętate. §. ex causa. & de pactis. l. si cum te. &. l. tres fra-
6 tres. eo. tit. Si ergo † probabitur, quòd minor, de quo agitur consilio hoc ignorabat vel ignorare poterat, vel ignorare presumebatur beneficium restitutionis sibi competere, rectè concludetur, quòd ei renuntiasse non videtur, & consequenter quòd iuramentum ad illam renuntiationem non trahitur: & ideò relinquatur in simplici conditione minoris sine iuramento contrahentis, qui statim læsione probata, admittitur ad beneficium restitutionis in integrum vt. ff. de mino. l. j. &. l. ait pretor in princ. Quòd autem aperte probe-
7 tur, quòd † ignorauerit sibi competere ius rescindendi donationem predictam, ex quo certioratus non adparet: videndum restat. Et primo sic: quia lege cauetur, quòd si mulier renuntiat Velleiano, ita demum tenet renuntiatio, si de iure suo certiorata fuerit: aliter non: & in dubio certiorata nõ præsumitur: vt. ff. ad velleya. l. fin. §. j. & ibi no. ergo & si minor renuntiet beneficio restitutionis in integrum. nec de eo certioratus adparet, renuntiatio nõ tenebit: quia de eo, quòd ignorauerit nõ videtur cogitatum: & consequẽter iuramentum ad illud non trahitur. vt. s. ostensum. Mulieres verò & minores
8 † quantum ad eorum ignorantiã tolerandam vel præsumendam, æquipollent: vt. ff. de iur. & fac. ignorã. l. regula. ij. responso. & argu. ff. de eden. l. j. §. fin. & notari solet. ff. de iure fisc. l. ij. §. fin. & ideo argu. de muliere non certiorata ad minorem, qui non est certioratus, procedit rectissimè. Præterea, parificã-

9 tur † per legem, rustici & minores: vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. sin autem is qui in debitum. &. d. l. j. §. fin. ff. de edi. sed in rustico præsumitur & toleratur ignorantia iuris: vt prealleg. l. ij. §. cum plura. ff. de iure fis. ergo & in minore tolerabiť & præsumetur ignorantia iuris: vt patet de iur. & fac. igno.
10 l. regu. circa prin. † Prætereà lege cauetur, ꝙ extrinseca solẽnitas non præsumitur, nisi quatenus probatur: vt. ff. de pub. l. quecunque. § fin. & no. de verbo. oblig. l. sciendũ. Sed extrinseca est solẽnitas, quã verborũ prolatorum significatio nõ includit: sed ꝙ minor certioratus fuerit, nec includitur, nec per interpretationẽ est apta includi in verbis in instrumẽto donationis prolatis: ergo, ꝙ certioratus nõ fuerit. Et si non certioratus, pręsumiť ignorasse, & ignorantiæ occasione nõ renũtiasse, & consequenter nec renuntiationẽ iuramento firmasse: vt per superiora ostensum
11 est. † Prætereà, certũ est, ꝙ iuramentum præstitũ à minore, nihil aliud operatur, nisi quòd repręsentat eũ maiorẽ: vt no. de pac. te. §. itẽ sacra. &. C. de rescin. vendi. l. ij. Sed vbicunque agiť de
12 † damno vitando, ignorantia iuris toleratur etiam in maiore: vt. ff. de iur. & fac. igno. Ergo & in proposito, cũ prædictus minor agat de dãno vitando id est ne perdat dominiũ rerũ donatarũ, sequitur, ꝙ eius ignorantia tolerabilissi-
13 ma sit in iure. † Prætereà, ignorãtia iuris & facti, pariter tolerantur, vbi de dãno vitando agitur: vt in. l. iuris ignorãtia. &. l. regula. ff. de iuris & fac. igno. Sed in facto semper presumitur ignorãtia, etiam si de dãno vitando nõ agatur: vt de condi. inde. l. fin. &. l. sed si me putem. & de acti. emp. l. si tibi liberum. & no. de lega. j. l. si res obligata. ergo & in iure ignorantia præsumetur, cũ de dãno vitando agatur: & ideo renuntiatio non habebit effectum nec iuramentum, quòd renuntiationem confirmare videtur, cum ad ea trahatur renuntiatio &c. vt dictum est. Prætereà, lege
14 † cauetur, quòd vbi reperitur mistus error facti & iuris, & error iuris, habet originem ex errore facti, illud seruatur, quòd seruari deberet, si solus error facti interueniret: vt plene notari solet. ff. pro do. l. si vir vxori. Sed in proposito est error facti & iuris facti in eo, quòd ignorabat vẽditionem predij per tutorem factam: & ex hoc procedebat error iuris, videlicet, quod ignorabat se posse postulare restitutionem in integrũ. ergo perinde debet haberi, ac si solus error facti nemini noceat, etiã si de lucro captando certet: vt est tex. forma. qui hoc probat in termi. ff. de iu. & fac. igno. l. error facti. &. l. iuris ignorantia. multo ergo fortius toleratur in proposito, vbi de damno vitando certatum: & sic toleranda est ignorantia.
15 Dicendum erit, quod liberatio † & cõfessio, & iuramentum ad libertationem & confessionem confirmandam interpositam, nihil operetur: vt suprà ostensum est: cum de iure suo certioratus non præsumatur. Concludendũ est ergo, quod petere possit in integrũ restitutionem & liberationem contra confessionem, cum his omnibus adpareat lesio. Et ita dico & consulo iuris esse, Ego Dinus de Musellis Iuris vtriusque Doctor.

Additio.

a ¶ Obstante. Ad huius consilij materiam, vide Feli. in capi. in presentia. de proba. in ver. in text. ibi: iuramento. & no. & plenè per. d. Soci. in cõsi. cclxxix. incipien. visa donatione. ver. circa primũ non insistendo. vbi in proprijs terminis consuluit.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Pactum cum vno factum, non extenditur ad alium, nisi paciscentis intersit.*

2 *Remissiõis effectus, restringi & limitari debet secundum formam restitutionis remissioni adiectæ.*

3 *Pactum personale, paciscentis personam non egreditur.*

4 *Iure accrescendi defertur aliis portio exclusi.*

5 *Pacti nullus est effectus, causa finali cessante. impulsiua non item. Et quid si dubitetur.*

6 *Ius fideicommissi relicti in testamento defuncti, an possit, remitti per conuentionem. & nu mero. 7.*

8 *Remissio quantuncũque generalis, non extenditur ad ea, quæ remittens ignorabat sibi cõpetere.*

9 *Filia naturalis nata ex concubina, an excludat substitutos per fideicommissum.*

10 *Verba testatoris, cum effectu sunt accipienda.*

11 *Hæres, quis dicatur.*

12 *Filia posthuma num excludat substitutum. disting. nu. 13.*

14 *Matrimonium palàm & publicè factũ, male fidei suspicione caret.*

15 *Matrimonium in dubio præsumitur bona fide contractum, nisi contrarium probetur.*

Consilium. VI.



EX TESTAMENTO domini Alberti de lechapescis, propter ea, quæ scripta post testamentũ sunt id est pro remissione fideicommissi, factam per dominũ Fede. & dominum Ioan. filios quondã Boni domi. Vgo. filio predicti domini Alberti. Item, propter diuisionẽ seu diuisiones factas inter predictũ dominũ Vg. & dominũ Malfellũ albertũ, & Bertolũ, & cõuentiones in instrumẽto diuisionẽ adpositas. Itẽ, propter filiũ naturalẽ, qui dicitur extare ex predicto domino Vg. Itẽ, propter posthumã natam ex predicto do. Vgo. & do. Brixiana, que dicitur fuisse vxor prædicti do. Vgo. & propter testamẽtũ ab ipso do. Vg. cõpositũ & institutionẽ & substitutionẽ in eo factã. multæ dubita-
1 tiones occurrunt. Prima est, vtrũ † remissio fideicõmissi facta dicto do. Vg. per dominos Fedricũ & Ioã. filios do. Bonifacij, prodesse debeat do. Malfello Alberto, & Bertolo? Et ꝙ prodesse debeat do. Vg. tantũ videtur, quia effect* pacti cũ vna persona facti, nõ extenditur ad aliam, nisi paciscentis intersit: ꝙ autẽ prædictis do. Malfello, Alberto & Bertolo prosit, nõ interest dñi Vg. imò potius interest oppositũ. s. ꝙ nõ prosit. & ideò dicẽdũ est nõ prodesse: ar. ff. de pac. si vnus. §. ante omnia. & l. fideiusso ri. §. cũ alio. & l. ꝙ dictũ. & l. si tibi. §. si pactus. Prætereà, effectus remissiõis
2 † limitari & restringi debet secundum formã restitutiõis, remissioni adiectæ, arg. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. dulcissimis. &

mis.& de lega.iij.l.nomẽ.§.fi.& de cali.l.hæc actio.& de acqui.poss.l.si is, qui cum ergo.in remissione contineatur,ꝙ remissio fit ob eam causam,scilicet vt omnis bona voluntas semper sit & maneat inter predictos dominũ Malfellum,Albertum & Bertol.sequitur,ꝙ ad eos non extendatur remissionis effe
3 ctus. Item, propter † rationẽ pacto remissionis adiectam, videtur pactum personale tam inspectis verbis,quàm inspecta paciscentium mente: & ideo non est dicendum,quòd ad alios extendatur: vt de pact.l.iurisgẽ.§.pactorũ.& l.vbi autẽ.& l.idẽ in duobus.§.plures.& de li.leg.l.non solũ.§. tale. Econ-
4 trà,videtur remissionẽ † factam domino Vgo.per duos de fideicommissarijs, prodesse,debere alijs: qa quoties vnus ex his,quibus successio defertur,directò vel per mediam personã alterius, per repudiationẽ excluditur à iure petẽdi,eius portio defertur alijs iure accrescendi,aliquando volentibus & aliquãdo inuitis:vt.ff.de bo.pos.l.iij.§.vi bonorũ.cũ tribus legib⁹ seq.vt de acq. hære.l.cũ hæreditate.& ad Tertul.l.si nemo.& de suis & legitimis.l.si ex pluribus.&.C.quãdo nõ pe.par.l.vnica.& de cadu.tollẽ.§.his ita.Cũ ergo prædicti domini Fede.& Ioã.per pactũ repudiauerint,sequitur,ꝙ eorũ repudiatio faciat partẽ per eos repudiatã deferri alijs per fideic.substi. Prætereà,aut
5 † in pacto adducitur causa finalis aut impulsiua: aut dubitatur.finali causa cessante,cessat effectus pacti:sed impulsiua causa cessante,non cessat effectus pacti.arg.ff.de do.l.ij.§.fin.&.l.generaliter.Sed si dubitatur,vt in casu nostro præsumitur in dubio causa impulsiua, & nõ finalis:& ideo cessante causa,cessat effectus pacti.arg.ff.de viufru.le.l. generali.§.duas.& de cõdi.& de.l.cum tale.§.falsam.&.l. Titio.§. sed cũ ante nuptias.& no.in prealleg.l.ij.ff. de do. Quare dico,ꝙ predicti domini,Malfellus,Albertus,& Ber.admittanẽ ad partem remissam per ꝓdictos Fede.& Ioã. si aliud eis non obstat:& hoc non per pactũ factum domino Vago.sed legis potestate per ius accrescẽdi.quod incipit habere locũ remissione facta ꝑ pactum. Secunda dubitatio est,vtrum
6 † propter diuisionẽ,que facta adparet inter prædictos dominũ Vgo.do. Malfellũ,Alber.& Bertolum,& cõuentiões in ipsa diuisione adpositas,ius fideicõmissi relicti in testamento domini Alberti intelligatẽ remissum.Et iste quãtum ad veritatẽ non cõtinent dubitationẽ magnam:quia si bene cõsyderẽtur verba text.in.l.q. Romæ.§.duo fra
a tres.[a] vbi videtur ius fideicõmissi futuri remitti ꝑ verba,q̃ fuerunt equipollentia his,de qbus agitur:videlicet:qa nec ibi nec in quæstiõe,de qua agitur, statũ fuit in finibus diuisionis: sed vltra processum & promissum & iuratũ in perpetuum nõ contrauenire aliqua ratione,que dici vel excogitari possit, vel aliquo iure.& ideo ius fideicõmissi futuri remissum videatur.vnde superuacuum est quærere, an possint agere ad æstimationem partis sibi assignatę, quasi per ius fideicommissi superuenientis videatur euinci vere enim nullum ius superueuire videtur cum remissum extet ex vigore conuentionum in diuisione adpositarum.

7 Et propterea non† vendicat sibi solum in casu nostro illud, quod glosatur in §.duo fratres. sed posset & debet distingui: aut tempore diuisionis & pactorum in diuisione adpositorum sciebant ius fideicommissi, aut ignorabant & si sciebant, tunc videtur remissum: vt in §.duo fratres. si ignorabant. tunc non videtur remissum: vt in §.duo fratres. Ra
8 tio, quia remissio† quantumcunq; generalis non extenditur ad ea, quæ remittens ignorabat sibi competere: vt. ff. de transa.l.cum Aquil.& l. qui cum tutoribus.§.j &.§.fin.& l.non est ferendus. & de inoffi.te.l.mater.§.certum. & de pe. hæ.l.legitimam.& de acqui.hære. l.nec is.§.hæredes.& l.si is, ad quem. Si dubitatur præsumitur in dubio ignorasse: vt de admit.tu.l. hoc autem, quod cognouit. Tertia dubitatio est, an existen-
9 tia† filiæ naturalis natæ ex concubina,
b excludat substitutos [b] per fideicommissum? Et videtur, quod excludat substitutos: quia verba testamenti debent: & si omnes decederent.j puberem ętatem & sine hærede &c. sed hæredis appellatio quantum ad istum casum, æquipollet appellationi filiorũ: vt. ff. ad Treb. l.ex facto.§.fi. Sed constat, quod eo casu, quo substitueret sub conditione, si sine filiis moreret, naturalis excluderet substitutum: vt.s.de leg.ij. l.cùm pater. §.volo.& l.lucius.§.fin.&. C. de insti.& substi.sub cōdi.facit.l.generaliter. Nec inspiceretur, vtrum existeret hæres patri, vel non: vt de leg. j. l.filiusfa.§.cùm erit rogatus. ergo & in proposito licet filia naturalis hæres non existeret patri, videtur excludere substitutum.
10 †Econtrà videtur, quod non excludat: quia verba à testatore prolata, cum effectu sunt accipienda. Sed verba dicunt:
11 sine hærede. hæres autem† appellatur, qui in vniuersum succedit: vt. ff. de hær. insti.l.quoti.§.hæredis.& de verb. sig.l. l.nihil Cùm ergo filia naturalis non sit hæres patri, sequitur ꝙ non debeat excludere substitutum, secundũ verba in conditio.substi.inserta. Mihi autem videtur, ꝙ si substituẽs erat persona in dignitate posita, ꝙ tunc naturalis filius nõ excludat substitutum, aliàs bene excludat: vt. ff. ad Tre.l.ex facto.§.si quis ro-
12 gatus.& ibi plenè no.† Quarta dubitatio est, an existentia filię post mortem natę ex domina Brixiana, debeat excludere substitutũ? & ad istud est propterea apta responsio, quia aut habebimus eam pro spuria, aut pro legitima, si spuria, nõ debet excludere substitutos quia non potest de iure habere nomen filiæ. Item nec nomen hæredis, cùm non possit hæres de iure institui: vt in auth.qui. mo.na.effi.sui.§.fi.& ideo nec posset facere existere conditionẽ, cùm relinqueretur in casum existentium liberorum, nec posset facere deficere, cùm relinqueretur in casum existentiũ liberorũ, vt ff. de condi.& de.l.hæc cōditio. & quan
13 do dies ec.l.pro. Vtrum† autẽ sit habenda pro spuria vel pro legitima, dicendũ est ꝙ aut contrahentes credebāt de iure tenere matrimoniũ: aut sciebant de iure non tenere aut dubitatur. Primo casu confirmatur, per.l.statulibe. & ideo illa filia haberi debet pro legitima, & ex
b cludere substitutos [b] vt. ff. de ritu nup.l. qui in pronuntia.§.primo & argum. de adulte.l.miles.§.penul. In secundo casu habenda pro spuria: & ideò non exclude

cluderet substitutos: vt dictum est. In tertio casu: præsumendum esset, quod bona fide contraxerint, & credentes matrimonium de iure tenere: & ideo filia foret habenda pro legitima: & excluderet substitutos. Et hoc duplici ratione.
14 Primò, quia † matrimonium palam & publicè contractum fuit: & ideò in dubio caret suspicione: vt.ff. de ritu nupt. l.fi.& de admi. tu. l.non existimo. & de author.tu.l.pupil.§.fanè. Secundò quia præsumendum est quod bona fide con-
15 tractum, ex quo † de mala fide non probatur, & quia semper præsumenda est affinitatis ignorantia, si de scientia non probatur ar.ff.de admi. tu. hæc autem. & de proba.l.verius.& de fideicom.lib. l.si eum.§.ex iniusta.& C. de præscrip. lon.temp.l.pe.& qui mili.non pos.l.super seruis. Et ita dico & consulo iuris esse, ego Dinus Muxello.I.Doctor.

Additio.

a ¶ §.duo fratres. Et ibi ad hoc vide Bar. quem ad huius articuli materiam alle. do.Soci.in consil.cclxxxiij. incip. Eleganter & iuridicè circa prin.cum vers. sequen.in ij.parte in consi.ix. nonnulla pulchra.& no.habes ad materiã.& ideo omnino vide.

b ¶ Substitutos. Vide omnino domi.Alexand.de Imol.in consilio.lxxx.iiij.prima perte.& domi.Barto.Soci. in consilio. clxxxij. incipien. licet filia femina versiculo quibus suppositis ostenditur. in secunda parte.

SVMMA CAPITA.

1 *Pater ea ratione, qua potest in emancipatum filium, quicquid velit, donatione iure conferre: eadem potest & ille in patrem.*
2 *Promißio iure non subsistit, quæ liberam testandi facultatem aufert.*
3 *Testamentum, quid.*
4 *Testamenti factio, est iuris publici.*
5 *Pactum tollens liberam testandi facultatem, est contra bonos mores, eoq; inualidum.*
6 *Pactum à iure remotum, est inualidum.*
7 *Pactum sub impoßibili condicione, adpositum, est inutile.*
8 *Impoßibilia sunt omnia de iure quæ sunt contra bonos mores.*
9 *Bona alienari possunt inter viuos, & post mortem donari, nulla conditione adiecta.*
10 *Donatio causa mortis, quandocunq; reuocari potest, donatore volente.*
11 *Voluntas vltima an præualeat prioribus. & nume.13.*
12 *Reuocatio generalis, quantum operetur.*
14 *Testamentum posterius, ita se habet ad prius, sicut posterior stipulatio aliam tollit. Item, sicut lex posterior ad priorem. nu.16.*
1 *Argumentum an subsistat à contractu ad vltimam voluntatem.*
17 *Voluntas prima, quando est prima derogatoria, valet nisi reuocetur per vltimam.*
18 *Speciale quid.*
19 *Voluntas prima non derogatoria sequentium posit per verba generalia reuocari.*

Consilium. Vij.


QVAESTIO TALIS EST. Titius habẽs tres filios, vnũ ex eis, videlicet Sempronium, emancipauit & donauit omnia bona sua. Posteà idem filius emancipatus donationem ipsa remisit patri, & donauit, & concessit sibi omnia

bona,quæ donauerat sibi pater sub his pactis: videlicet pro eo, quod idem pater promisit eidem emancipato, quod statim faceret testamentum,& illud nō mutaret in aliquo,& si contrafecerit,remissio facta patri, libera reuertatur ad sempronium suprà dictum.Cumq; idē pater iuxta promissionem suum testamentum fecisset in quo cauit, quod si quod testamentum fecerit,posteà nolebat valere:tandem eodem die pater promisit testamentum sic factum,non mutare, nec aliud testamentum facere. Et si contrarium faceret,Idem pater donauit,& ex tunc dedit,& inter viuos concessit dicto sempronio filio suo omnia & singula bona sua,quæ tempore emancipationis donauerat sibi: demum dictus pater nihilominus fecit aliud testamentum,in quo dixit,si quód testamentum feci, nolo valere. Modo primo quæritur, nunquid donatio seu remissio valeat, quam dictus Sempronius filius fecit patri? Item,nunquid talis promissio donatio & concessio facta à patre,valeant,& subsistant de iure? Item, nunquid secundum testamentum,quod fecit pater,tollat primum,quod iam fecerat?
1 Prima quæstio, non † videtur dubitationem habere: quia qua ratione pater potest in emancipatum filium quicquid velit, iure donationis conferre:eadem ratione filius emancipatus in patrem:nisi quatenus adparet inofficiosa donatio. Sed de hoc in proposito nihil agitur:vt.C.de le.præ.& de donat. l. siue emācipatus.&.l.cum res.& l.si quis in emancipatum. & ideo circa hoc non est insistendum:& ideò cùm donatio facta fuerit ob eam causam turpé, & ideo contra bonos mores, & melior erit conditio possidentis : vt in l.cum donationis. C. de transa. Secunda verò
2 maiorem † dubitationē habet. Nam primo videtur,quod illa promissio seu donatio facta à patre, de iure non subsistat. Primò, quia nulla promissio, quæ auferatur liberam testandi facultatem,potest de iure procedere : vt. C.de pact.l. pactum.& de transact. l. cum donationis.& de pactis cōuen.l.hęreditas.Cùm ergo prædicta promissio videatur auferre patri liberam testandi facultatem sequitur quod de iure non subsistat.
Præterea,dispositio † rerum post mortem cum institutione hæredis, est testamentum:vt.ff.de testa. l. prima & illud non debet pendere ex alieno arbitrio, sed disponentis solum,vt.l. illa institutio.de hære. instit. In præmisso autem casu videtur pendere ex arbitrio filii,si prædicta concessio effectum haberet: & ideo non videtur de iure procedere.
4 Præterea,factio testamenti, est de iure publico:vt de testa.l.tertia & ideo pacta priuatorum contra formam testandi restringendam , nihil potuerunt immutare: vt in præalleg.l.tertia. & ar. ff. de reg.iu.l.nec ex prætorio.,&. l. neque pignus.§.priuatorum. & de suis & legitimis.l.fi.& de oper. lib. l. est dotem.& ad leg.fal.l.quòd de bonis. §. primo.
5 Præterea,pactum † quo mediante libera testandi facultas aufertur,est contra bonos mores,vt.ff.de verborum obligatio hic modo.& si contra bonos mores,ipso iure non valet:vt.C.de pact. l. pacta quæ contra,& de verborum obligatio.l.generaliter.& lege veluti. & l.si plagii. Præterea,omne pactum quod

-à iu

6 † à iure est remotum, constat esse inutile: vt.ff.de pact. l. iuris.§.generaliter. sed pactum, quod non liceat testamentum mutare, remotum est de iure communi: vt.C.de sacro.sanct.eccle. l.prima.& de iure condi.l.diui.§. licet. & de leg.primo.l.si mihi & tibi. §. in legatis. & de leg.iij.l. si quis in princip. testt.& de condi.& de l.quod traditum. & ideo restat, quod sit inutile. Præterea, pactũ
7 † sub imposibili cõditione adpositum inutile est, non solum quantum ad principalem, sed etiam quãtum ad pœnam. vt de verbo.obliga.si homo. Item, ea
8 omnia reputantur† imposibilia de iure, quæ sunt contra bonos mores: vt. ff. de condi.insti.l.conditiones.l.filius. Cũ ergo auferre liberam facultatem testandi, sit turpe: vt d.l.stipulatio hoc modo.& not.j.dicta.l.pactum, quod dotali. sequit, quod si ego promitto bona mea sub conditione, si testamentum mutauero, quod ista promissio videatur facta sub conditione turpi, & consequenter imposibile. & propterea effectum non habeat: vt not. C.de transa. l. cum donationis. In cõtrarium videtur, quod
9 remissio† teneat: quia certum est quod ego possum alicui bona inter viuos, & post mortem donare, nulla conditione adiecta: vt. C. vt ac. ab hæredib.& contra hæredit. l. vnica. & de donat.l.prima & de pactis.do.lege cum maritus.§. fina. & de iure dotium. lege secunda.& de dote prælegatis. l. Seia.ergo possum donare conditione adiecta: vt.C.de do.
10 l.do. Præterea, donatio causa mortis, de sui natura reuocari potest quandocunque, donatore volente: vt. ff.de donat. causa mortis lege qui mortis causa & si certum.peta.l.nominis.& tamen vigore pacti potest transire in donationem inter viuos, & fieri irreuocabilis. Sic ergo licet non auferatur nec auferri potest de iure libera potestas testandi: nihilominus si testamentum mutari contingat, possunt bona sub illa conditione iure donationis conferri. Mihi videtur, quod conditio dictæ donationi inserta, sit turpis & contra bonos mores, & consequenter de iure imposibilis. & ideo reddit contractum dictæ donationi inutilem: vt dicta.l.stipulatio.& not. in dicta.l.cum donationis. C. de transf.
11 In † tertia verò quæstione, qua quæritur, vtrum valet vltimum testamen-
a tum vel primum [a] videtur primò, quod valeat vltimum: quia voluntas posterior, licet ei videatur per priorem derogari, quantum ad verba in priori prolata, præualet primæ, vt.ff.de leg.secundo.l.fin.in prin. & de iur. co. l. diuus.§. Licet ergo in testamento primo prolata fuerint verba derogatoria vltimi: tamen ex quo apertè de voluntate testatoris in vltimo expressè adparet, vide-
12 tur vltimum valere. Præterea tantum operatur reuocatio generalis, quantum ad omnia, quantum specialis operatur in specie, cui foret applicata: arg.ff. de admi.tu. l. si duo.& de acqui. hære. l. si seruus eius.& C.de præscript. xxx.annorum.l.omnes.& de quadriennali prescriptione lege secunda. Sed constat, quod reuocatio specialis facta de primo, faceret secundum valere: vt lege si quis in principio testamenti.de legatis tertio ergo & reuocatio generalis aliâs expressa, in vltimo videtur tollere primi testamenti effectum. Præterea,

13 reà,derogatoria † in primo testamento prolata,fuerunt generalia:& in vltimo similiter generalia, vnde quia in pari causa generalitatis sunt,vidētur in dubio posteriora præferenda & præualere prioribus:vt.ff.de leg.j.l.si mihi & tibi.§.in legatis.& de adimen.l.iij.§.fi.& C.de fideicom.l.clari.& de vulga.& pupil.substi.l.si quis eum.& de manu.te.
14 l.si peculium.§.j. † Præterea,quantũ ad tollendam substantiam & effectum substantiæ præcedentium,ita se habet posterius testamentum ad prius, sicut posterior stipulatio,quæ nouat, & ipso iure aliam tollit:vt.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.Sic & posterius testamentum tollit primum: vt de iniusto testamento.l.j.&.C.de testa.l.hac consul.§.si quis autem.&.l.scimus.Sed posterior stipulatio ita se habet ad priorem,quòd etiam generaliter concepta, omnem priorem & omnem eius effectum tollit:vt.ff.de acceptila.l.& vno.§.eius rei.& insti.qui.mo.tol.ob.§.est prodita:Ergo & posterius testamētum ita se habet ad primum, quòd etiā sub generalitate verborum primum & o-
15 mnem eius effectum tollit. † Præterea,licet argumentari de contractu ad
b vltimam voluntatem [b]:quia de minori ad maius affirmando:vt de leg.j.l.seruum filii.§.eum.& de leg.iij.qui cirographum.sed in contractu licet sub generalitate verborum omnia præcedentia tollere:vt.ff.de transf.l.non est ferendus.de verb.obl.l.qui Romæ.§.dno fratres.ergo multò fortius,etiam licet sub generalitate verborum tollere effectũ præcedentium in vltima voluntate.
16 † Præterea, se habet testamentum posterius ad prius,sicut lex posterior ad priorem: quia voluntas testatoris est lex:vt.§.disponat.in authenti.de nup. Sed lex posterior ita se habet,quod tollit priorem:licet generalibus verbis cōcipiatur,sicut & si conciperetur specialibus.vt in præal.l.de quadri.præsci.l.ij.&.d.l.omnes.de præscri.xxx.vel.xl.an. Præterea,facilius reuocantur,quę pendent ex voluntate vnius,quàm ea quę pendent ex voluntate plurium: vt de regu.iur.l.quoti.vtriusque. sed quæ dependent ex voluntate,plurium,vt cōtractus,reuocantur etiam per generalitatem verborum,vt dictum est:vt.d.§.eius rei.ergo testamentum,quod dependet ex volūtate vnius,reuocabitur etiā per generalitatem verborum. Econ-
17 trà,quòd primum † præualeat,videtur: quia quando prima voluntas est derogatoria vltimæ,valet prior,nisi specialiter reuocetur per vltimam:vt.l.si quis in princip.Sed hic non fuit specialiter reuocata,sed generaliter:ergo videtur, quòd prima præualeat.Et pro hoc est apertè.l.si mihi & tibi.§.interdum.&.l.si ita stipulatus.de le.j. Præterea,hoc videtur expressè dici, quòd requiratur specialis reuocatio,nec sufficit generalis:vt in authenti.de temp.§.& siquidē coll,viij.ibi dum dicit hoc ipsum & expressè significante &c. Præterea glo. quæ est in.l.si mihi & tibi.§. interdum. videtur apertè determinare,quòd oportet specialē mentionē fieri de primo &
18 de qualitate eius. † Præterea, illud est spāle,quod est astrictũ:vt. ff.de leg. iij.l.seruos.§.fi.& de supp.le.§.si quis.& ff.si quis cau.l.sed & si quis.§.quęsitum. &.l.itē apud.§.hoc edictũ.vt de publi.l. j.§.

j.§.dixerit aliquis.&.§. inde quæritur. Ad idem, quod no.de flu.l.quominus & de ap.l.si expressum.si ergo lex requirit, ꝙ specialiter se pœnitere dicat, videtur requirere ꝙ descēdat ad specialitatem verborū,& à generalitate recedat. Determinando videtur dicendum, ꝙ si diceret secundùm valere, forte non er- a rarer: quia in authen.de test.imperfe.§. quidem non videtur requirere ꝙ præcedens specialiter reuocetur: sed videtur sufficere expressa reuocatio, etiam per generalia verba seu conditionalia verba seu conditionalia verba, siue dubitatiua non assertiua, dum dicit hoc expressum significãtæ: quia & si fecit quã dam voluntatem, non tamē valere eam vlterius. vult Tamē ergo dicerē, ꝙ requiratur reuocatio specialis testamenti primi sequentis derogatorii: vt in prædicta.l.si quis in prin.ibi nisi specialiter dixerit &c. Nec obstat prædictis.
19 §.& si quidē.quia ibi præcedens† volūtas non erat expressè sequentis derogatoria: ideò etiā per generalia verba potuit reuocari. nam poterat & reuocata intelligi tacitè, etiam per simplicem dispositionē contrariā: vt de vulg.& pu. substi.si quis eum.& de leg.j.l.si mihi & a tibi.§.in legatis.& de condi.& demon. l.quod traditum.&.l.non ad ea. multò fortius potuisset reuocari per voluntatem posteriorem prioris reuocatoriam licet per generalia verba. Præterea, prima nō tenebat iure cōi, sed speciali. Nā quia nō solēnis tenebat inter liberos tm̄,& iure spāli: vt in hac.l. hac cōsultissima.§.ex imperfecto.& de cōtra tabu.l.si duobus.§.si prius.& iō facilè potuit reuocari: quia ea q̃ iure speciali b cōtra ius cōe inducūtur facilius tollun tur quā ea quæ iure cōi procedūt.ff. de tes.mili.l.eius mili.§.j.& de act.& obli. l.in honorariis.§.sed cū rescissa.& ita dico & consulo. ego Dy.de muxel.&c.

Additio.

a ¶ Procedere. Et ideò consuluit Paulus de ca.in suo.con.xcix.incipi.in christi nomine, notandum est,&c. ꝙ si quis omnia bona sua, quæ ad præsens habet & in futurum habiturus est, vsque ad tempus mortis, donauit, cū promissione etiā de nō reuocando: & sic in cōtractu facta est mentio mortis, isto casu nō habebit locum l.vbi ita donatur.ff.de do. causa mor.attento, ꝙ donatio pręsentiū & futurorū non valet inter viuos qm̄ liberā testamenti factionem aufert: vt no.Bart.& doct.in.l.fi.C.de pac.& ideò iudicanda est donatio cā mor.vt actus valeat potius ꝙ pereat: ar.l.quotiēs. cū vul.ff.de re.du.quia cū reuocari possit, nō aufert liberā testamēti factionē.l.q mortis.ff.de do.ca.mortis.licet.do.Alexan.de imo.in.l.quæ dotis.solu.ma.circa fi.dicat putare contrarium esse verius.& adde do.Di.in consi.xlix.ad fin.
a Vel primum. An & quando testamentum secundum tollat primum & an per clausulam generalem & qualiter. vide no.& plene do.soci.in consi.clxiij. incipi.non fuisset opus ver. secundo præmitto.& versicu.secundùm quod dicitur cum versicul.se.in.ij.parte car. xxij.& omnino fely.in.c.inter monasterium.de re iudi.circa fin.versic.tu verò ad illud.vbi not.an & quando testamētum secundū eius tenores tollat primū
b Voluntatem. Adde fely.in.c.in præsentia de

tia de proba.in princi.xv. colum.& sæly in.l.vnica.C.de.l.suffi.can.tol.& in.l.illud. C.de leg.& La.de fano. in.l.in quorum.xviij.col.ff.de pigno.& bal.in l.fi.C.de legi.& bart.in.d.§. qui cyrographum.alle.in tex.& do.soci.in cõsi. xlviij.incipi.in præsenti consultatione.ver.iij.probatur.circa fin.in.i.parte car.xc.& in consi.clxxiij.inci. reuerende.d.versi.sed his non obstantibus ibi item validum in.ij.parte car.xliiij.

SVMMA CAPITA.

1 *Verba, quarum destinatus effectus, refertur ad plures personas singulariter, quotiescumque copulatiue ponũtur in vna dispositiõe, procedit dispositio: etiam si in altera tantùm verum personaliter reperiatur, quod in oratione verborum exprimitur.*

2 *In petitione ambigua. interpretatio est accipienda, quæ ad fauorem actoris tendit.*

3 *Actiones pro re immobili ecclesiæ competentes cedi non possunt.*

4 *Ecclesia & pupillus, æquiparantur.*

5 *Rei traditio facta à non domino, transfert vsucapiendi conditionem.*

6 *Rem meam si tibi trado vt tuam, Iudicis authoritate, transfero in te dominium.*

Consilium VIII.



IN CHRISTI NOMIne, amen. In quæstiõe petitionis, cuius talis tenor est. Guizellus quondam Iacobi Milañ. pro se ad eum spectat vel spectare potest, & pro legitima administratione Gentilis & Pectini filiorum suorũ, & cuilibet prædictorum ex iure sibi & prędictis obuẽto: & cuique eorum ex causa trãsactionis & pacti & quolibet alio à monasterio scẽ Iustinæ, & syndico eius & quolibet alio prędictis, & cuique eorum cõpetenti. Agit aduersus & contra Victorem & Nicolosum germanos filios quõdam domini Thomasini de podio, & cõtra filios & hæredes quondam Vulpegurij germani prædictorum Victoris, & Nicolosi & quenlibet eorum legitimè defensorem pro eis legitimè rñdente, & Ge.& quenlibet eorum, inquantum possident, aut tenẽt, & facultatem habent restituendi infra scripta: & petit vt dictum est, restitui, sibi medietatẽ pro indiuiso infra scriptæ petiæ terræ, iuxta quetam etiàm consueuit eẽ casalinus, & nunc est cum dome.& eius ædificio super se in ciuitate Lucæ in cõtra cta sancti Scutij Lucæ in porta sancti Frediani. quæ tota ab vna perte &c. Dicens ad se & ad prædictos, pro quibus agit, & quorum nomine agit, pertinere iure dominij vel quæ si, & petit omnia sua & dictorum suorum filiorum eorũ authorum iura, & à quolibet se opponẽte petit expensas causæ & aduocationis. Satis probabiliter potest de iure onorendi, ꝙ libellus à Guizello porrectus, procedat, & ꝙ secũdum formam

1 libelli debeat condemnatio fieri.† quia certũ est, & quotiẽscunque verba quorum distinctus effectus refertur ad plures personas singulariter, copulatiua in vna dispõne ponuntur, procedit dispõ: etiam si in altera tantum personaliter verum reperiatur, quòd in oratiõe verborum exprimitur. vt probatur. ff. de condi.insti.l.pe.in fin.& de le.iij.l. qui concubinam.§.si stichum.&, ff. de cõdi, & de.l.falsa.§.fi.& de hære.insti.l.pater &.l.

&.l.hoc arti. Sed effectus verborum propositorum in libello in ea parte, quæ dicit, dicens ad se & ad prædictos, pro quibus agit, & quorum nomine agit, pertinere iure dominij, vel quasi. referuntur ad plures. quia referuntur ad Guinzellum, & ad filios & ad monasterium, quòd iura cessit, cùm ergo appareat, ꝙ dominium vel quasi pertinebat ad monasterium, sequitur, quod occasione ipsius dominij, vel quasi, ad monasterium pertinentis, debeat condemnatio fieri prædictis Guizello & filijs, tanquam procuratoribus in rem suam per iurium successionem. Præterea, per verba libelli apparet, quod omnia iura ipsius Guinzelli & filiorum ad monasterium pertinentia fuerunt in ius deducta. per quod apparet quod ratione iurium ad monasterium pertinentium
2 debuit condemnatio fieri. † Præterea, in petitione ambigua, facienda est interpretatio, quæ ad fauorem actoris tendit: vt. ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. si stichum. &. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudicijs. Cùm ergo omnia iura actoris & filiorum, & authorum sint in ius deducta, vt ex forma libelli apparet, sequitur, quòd cùm ignoretur, quòd interpretatio actoris sit. Item actore non interpretante illud videtur principaliter esse deductum, quod rei gerendæ conuenientius competebat. Rei autem gerendæ. id est, condemnationi postulatæ conuenientius competebat deductum esse in iudicio ius authorum, id est, dominium, vel quasi ad monasterium pertinens. & idō super eo seu ratione ipsius debuit sententia condemnatoria ferri: ar. ff. de re. du. l. vbi in fi. &. l. quoties. Super eo verbo, quod quæritur, an transactio † &
3 cessio ex causa transactionis tenuerit de iure ciuili, videtur cessionem inutilem esset: quia qua ratione immobilia ad ecclesiam pertinentia non possunt alienari sine solennitate, quæ traditur in. l. iubemus. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sac. san. eadem ratiōe nec
a cedi [a] actiones pro re immobili ecclesiæ competentes: vt no. in authen. de alie. §. vult enim. tamen possibile est, qđ illa glos. non continet veritatem: quia
4 ecclesia & pupillus solent parificari: vt no. de iu. re. publi. l. rem publicam. & de re iudi. leg. imperator. & probabitur. C. de epi. & de. l. orphanotrophos. pupillus autem tutore authore potest cedere actores: vt. ff. de aut. tu. l. pupillus. ergo ecclesia potest cum authorita prælati. Item & si verum sit, quod glosatur in authen. de non alie. §. vlt. ei responderi posset, quòd illud hēat locū, vbi lex non esset super iure. quod dicitur ad ecclesiam pertinere. Sed vbi dubium est, per litem, vt erat in casu. de quo agitur, tenet transactio: ar. ff. de fur. l. si pignore. §. fina. &. l. interdum. §. qui tutelam. &. C. de transac. l. præ.. ses. no. & mihi videtur sine dubio trāsactionem tenere: quia facta fuit de re dubia per litem: res enim per litigium fit dubia. l. j. ff. de litigiosis & toto titulo C. eodem. Quòd verò transactio fiat de re dubia & in certa, probatur per text. apertum in. l. j. quæ incipit, qui trāsigit ff. de trāsactionb. & ibi hoc notant Do-
5 ctores. De † titulo autē diuisionis, an locum habeat, nō est dubium, quòd in dimidia dimidiæ quæ iure diuisionis obuen

obuenit, locum habuit titulus diuisionis: vt de publ.l.& si res.& de vsucap.l.per errorem. In alia verò dimidia, quàm ille, cui adiudicatur, videtur habere ex persona sua, dico, quòd aut diuisio facta fuit extra iudicium: & tunc non potest habere locum titulus pro hærede vel pro suo.& hoc ideò, quia quotiens traditio facta est à non domino, transfert vsucapiendi cōditionē: vt not.ff.de acquir.posses.l.Pomponius.§.si iussu. sed si rem meam trado tibi, vt tua, non transfero dominium: vt in.l.de di.§.subtilius.ff.de condi.ob causam. Ergo si rem alienam trado tibi, vt tuam, non transfero vsucapiendi conditionem. sed si diuisio facta fuit in iudicio iudicis authoritate, tunc titu. diuisionis habet locum etiam in parte, quam is, cui adiudicatur habere videtur ex persona sua: quia si rem meam
6 trado tibi † vt tuam, iudicis authoritate, transfero in te dominium: vt.ff.de reb.eor.l.iij.§.item quæri potest. ergo & si rem alienam trado tibi vt tuam, transferro vsucapiendi conditionem: vt de contrahen.empt.l.clauibus.& no. plenè de publ.l.iij.in fi.&.d.l.Pomponius.§.si iussu. Et ideo consilium mei Di.de Mucello est, quòd libellus licet non quantum ad omnia verba fuerit rectè formatus: tamen procedere possit secundum consyderationem prædictam. Itē quòd transactio tenuit. Item, quòd titulus diuisionis habeat locum vel in parte personarium, vel in tota parte rei iudicatæ, secundum distinctionem præmissam. Et ita dico & consulo iuris esse, ego Dinus de Muxello, Iuris Vtriusque doctor.

Additio.

a ¶ Cedi. Faciunt, quæ habentur per Bal. in.c.j.versicu.caue tamen, vasallus. de prohibi.feud.alie.per Feder.per tex.in l.si pro fundo.C.de transac.& per eundem Din.infrà in consil.xxiij.& pridie habui in facto, & tenui quòd prælatus non potest cedere, ex quo non potest alienare, per iura suprà alleg.

SVMMA CAPITA.

1 *Alimenta debentur filijs naturalibus de bonis parentum, ex quadam necessitate per legem imposita.*
2 *A lege concessum, non potest hominis facto tolli.*
3 *Voluntatem defuncti non adimplentis quod sit damnum.*
4 *Debitum legis authoritate, nulli conditionis onere, aut alio contrario potest grauari.*

Consilium IX.



VAESTIO TALIS est. Quidā nomine Candutius, habuit quendam filium naturalē ex quadam nomine Salafolia, nomine Ioan.& eidem Ioan.de bonis suis in vita sua reliquit victum & vestitum, & necessaria donec ipse stare voluerit cum filiis & hæredibus masculis ipsius Candutii, in domo, ad seruiendum eis, & eos adiuuandum.& si dictus Ioan.stare noluerit cum eis, debeat habere & percipere centum solidos Pisanæ monetæ.& nō debeat posteà habere nec percipere victum, nec vestitum, vel necessaria de bonis suis. Modò

Modò prædictus Ioan. non stetit nec habitauit cum prædictis filiis Candutii fratribus suis, nec conditionem in testamento adpositam patris sui naturalis impleuit. dubitatur an nihilominus de bonis paternis petere posſit alimenta ad vitam necessaria sibi decer-
1 ni? & mihi † Din. de Mucello, videtur quòd posſit) petere alimenta & ad vitam necessaria de bonis paternis non obstante, quòd secundum formam testamenti non habitauerit cum fratribus suis naturalibus. Et hoc ideo, quia alimenta debentur filiis naturalibus de bonis parentum ex quadam necesſita-
a te per legem imposita[a]: vt in authent. quib. mod. natur. effic. sui. §. distra. & §. quia vero. & C. de na. lib. authen. licet patri. Et ideo per dispositionem patris non potuerunt auferri, aut etiam mi-
2 nui: quia quod à lege † datur, non potest auferri per hominem: vt in authent. de nupt. §. si verò soluebat. Item, quia
3 illi qui † non impleuit voluntatem defuncti, id solum aufertur, quod ex incerta & absoluta voluntate defuncti percipiebat. Id autem, quod percipere poterat legis authoritate, non aufertur: vt in authent. de hæred. & falc. §. si
4 quis autem. Præterea, si † relictum alimentorum debitum est legis authoritate, vt dictum est, sequitur quòd in eo, quod relictum erat, nullum onus conditionis aut aliud contrarium apponi potuit: argu. ff. de adopt. l. j. & de dote prælega. l. cùm quis. in princ. & §. mulieri. & ad leg. Falcid. l. pater filium. Et ideo concludendum est, quòd non obstantibus verbis à prædicto patre naturali in testamento adpositis, prædictus Ioan. eius filius naturalis petere posſit de bonis paternis alimenta & ad victum sibi necessaria decerni, licet non impleuerit conditiones in testamento insertas. Et ita dico & consulo iuris esse, ego Di. de Muxello.

Additio.

a ¶ Imposita. Adde Bald. in. l. id, quod pauperibus. in versic. vltimò quæritur. C. de episco. & cler. & Barto. l. licet patri alleg. in text. & adde glo. in versi. legitima. & Angel. in authent. de trien. & semis. §. consyderemus. & Bald. in authen. res, quæ. in versicu. quæro, an teneor. C. communia de lega. & Panormi. in c. cùm haberet. de eo, qui duxer. in matrimo. in vlti. notab. per illum text. & Bartol. in authen. ex complexu. C. de incestu nupt. & Bald. in. l. j. in versi. super. vj. q. C. de sacrosanc. eccle. & adde, quæ ad materiam habentur per domi. Socin. in consil. clxj. incip. pro decisione præsentis consultationis. versicu. secundo ego præmitto. cum versicul. sequent. in. ij. parte.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Legitimatio videtur æquipollere restitutioni in integrum.*
2 *Legitimatio æquipollere videtur potestati iure postliminij.*
3 *Filius ex postfacto ab hostibus reuersus, excludit omnes alios remotiores de succesſione contendentes.*
4 *Conditio, quæ ab initio impediret, ex postfacto superueniens, tollere debet omnem effectum eius, quod de iure ingruebat.*

Consilium X.



IN CHRISTI NOMINE, Amen. Quæstio talis est: Quidam nomine G. habuit duos filios de nõ legitimo matrimonio natos, vnum natum de soluta nomine. F. alium natum de adulterio, nomine. P. subsequenter habuit quendam filium legitimum, qui. G. decessit ab intestato relictis istis filiis, & dictus filius legitimus post mortem patris sui decessit in infantili ætate. fratres dicti quondam. G. patrui dicti infantis adiuerunt hæreditatem dicti quondam. G. fratris sui, quòd potuerunt de iure, ex quo dictus filius legitimus decessit in infantili ætate, perinde est ac si ad ipsum infantem non esset hæreditas deuoluta: vt. C. de iure delibe. l. si infanti. §. si verò. Modò elapsis. xxix. annis prædicti filii nati de non legitimo matrimonio fuerunt legitimati per comitem. Bertholugum de rippa Suzariæ & restituti. non tamen citatis illis, ad quos hæreditas dicti quondam. G. erat deuoluta. Modo dicti legitimati petunt hæreditatem ex vigore legitimationis: sed ex aduerso eis oppon. quòd prædicta legitimatio non debet trahi ad hæreditatem, quæ est aliis acquisita ante legitimationem ipsorum. sed ad eam, quæ post legitimationem defertur. Et propterea est in quæstione, an hæreditas peti possit per dictos legitimatos? 3

1 Et quòd non † possit peti euidenter potest de iure probari; quia legitimatio æquipollere videtur restitutioni in integrum: quia vterque ex tempore quo indulgetur aliquid noui, secundum formam veritatis attribuit. cuius attributionis effectus retrò non extenditur, sed ex eo tempore, quo indulgetur, simpliciter seu absolutè incohatur & io non potest operari, quod ille desinat esse hæres, qui ius per nomen hæredis adeptus fuerat ante legitimationem concessam: ar. ff. de mino. l. & si fine. §. sed quod Papi. & de habere. insti. l. ei, qui soluendo. & expressè patet. ff. de contratab. l. j. §. fi. & plenè solet notari. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & quid tantum.

2 † Econtrà videtur, qđ prędicti filii legitimati sint admittendi a ad bona quondã patris: quia prãs legitimationis æquipollere videtur prãti iure postliminij: quia sicut postliminium amouet seruitutem per captiuitatem inductam, & eum, in cuius persona admouetur, facit eius conditionis, ac si nunquàm in specie seruitutis fuisset. ff. de captiui. & postli. reuer. l. postliminium. & de iniusto testamen. l. si quis filio. §. j. ita & legitimatio, seu natalium restitutio debet tollere defectum natalium non legitimorum, & perinde facere haberi ac si ab initio fuissent legitimè nati. Sed si ab initio fuissent legitimè nati, constat quòd excluderent fratres defuncti: vt in anthē. de hæred. ab intesta. §. j. & . C. de suis & legi. hæred. authen. in successi. Ergo ex postfacto natalibus restituti per legitimatiōem excludem debent fratres defuncti. Constat † enim. quod filius ex postfacto ab hostib⁹ reuersus, excludit omnes alios remotiores de sucessione contendentes: vt. ff. de iniusto testa. l. si quis exhæredato, §. sed si pater. & ar. ff. de bo.

bo.li.l.si necesse.§.sed si deportatus.in fi.§.de contrata.l. qui exhibens.§.j.ergo & ex postfacto per legitimationem natalibus restitutus omnes in gradu remotiores debebit à successione exclu-
4 dere. † Prætereà, ea aditio quæ ab initio impediret, ex postfacto superueniens, tollere debet effectum eius, quòd videbatur processisse de iure. argu.ff. vt in po.le.l.si quia Pautia. & de suspec.tu.l.post finitam.& so. ma.si constante.§.fi.& de adulte.l.si maritus.§.si ante. Sed si prædicti filij legitimati ab initio.id est.tempore mortis patris eorum, fuissent legitimati, constat quod exclusissent prædictos fratres defuncti: vt.s. probatum est. iō & ex postfacto legitimati debent excludere eos.

Prætereà, multum refert vtrū quis per actum superueniente de nouo deducatur in nouum statum, vel reponatur in eum, qui ab origine naturæ inhę sisse videtur: vt patet quia si extraneum exhæredo, & eundem posteà adopto in filium, exhæredatio nulla est: sed si exhæredo filium emancipatum, & eundem posteà in ptāte redigo, exhæredatio de iure procedit: vt probatur. ff. de bo. po.contratab.l. non putauit.§.si quis emancipatum. & de li. & post.l.filium.circa prin. cum gloss. sed cùm legitimationem prædicti, de quibus agitur, restituantur natalibus. id est, per restitutionem ponantur in statum, qui inhæreat naturę origine, sequitur quod perinde haberi debeant, ac si ab initio in eodem statu fuissent: & iō prędicti defuncti fratres debeant successione priuari. Et ita consulo ego Dynus.

Additio.

a ¶ Admittendi. Vide bar. contra in.d.l. Gallus.§.& quid si tantum.alleg. hic per Dy.& Bal. vbi, refert id, quòd hic consuluit Dy. Sed ipse ibi tenet opi. Barto. quem refert & sequitur, quòd non aufert legitimatus bona agnatis, nisi esset legitimatus viuo patre: vel post mortem patris, ex ipsius ordinatione: quia tunc succederet cum legitimis: vt etiam per Pau.de ca.in consilio.cv. vide do. Alexan.de imo.in.l.j.§. fin.ff.de quæstionibus, & plenius in.l. cùm hæres.de acquiren.pos. & Pau.de cast.in.l.iij.ff.de testa.& in.l.ex hoc iure.ad fin.de insti.& bal.in.l. rescripta ad finem.C. de præci. Imper.offer.& Pau.de ca.in consi.ccxxv.

SVMMA CAPITA.

1 *Securitas de non petendo ad tempus, in persona rei principalis collata, an ad fideiussores extendatur. & nu. 7. & 12.*
2 *Priuilegiū non egreditur personam.*
3 *Pactum personale ad fideiussorenme extendatur.*
4 *Mandati forma seruanda est.*
5 *Fideiussor & heres, parificantur quantum ad vires personalis beneficij extendendas.*
6 *Beneficium personale, quod non pertinet ad heredem, non debet ad fideiussores extendi.*
8 *Causa rediens ad non causam, perinde haberi debet, ac si nunquam interuenisset.*
9 *Debitoris renuntiatio, an possit tollere priuilegium fideiussori quæsitum.*
10 *Intellectus. l. si post mortem. §. finali*

ff.de contratabula.

11 *Beneficium differendæ petitionis concessum à creditore ad Decennium, habet causam finalem annexam.*

Consilium. XI.

1 VAESTIO TALIS est: quod † Benogius morgiani, mercator florentinus, ex causa mutui reddere & soluere promisit Diedi bona niti.ccc.flo.auri: & dedit sex fideiussores: & quilibet insolidum capi & detineri poterāt personaliter secundū formam capituli communis Flo. Postea do. Benogius cessat de ciuitate Flo. quia debitor erat multorū: & creditores eius, inter quos fuit dictus Diedi, volentes tractare de concordia cū eo, constituerunt procuratores duos ad dandam securitatē & fidantiam dicto Benogio & vxori eius, & filijs in personis tantū: inter quos procuratores fuit vnus, q erat fideiussor pro dictis.ccc.flo. dicti procuratores dederunt fidantiam & securitatem dicto Benogio in personam tantum. Deinde ad x. annos dictus Benogius reuersus fuit & videns, q illi procuratores concesserunt illam fidātiā & securitatē: vt fuit intentionis dicti Diedi. renūtiauit illi securitati & fidātiæ: & promisit tali securitate & fidantia non vti. Post hæc dictus Diedi fecit detineri in personā vnum ex fideiussoribus, ipse opponit, quòd nō poteſt detineri personaliter: quia pactum erat factum cum principali reo, quòd habet securitatē in personam quòd pactum & securitatē dicit extendi ad fideiussores: & quòd securitatem quesitam fideiussoribus tollere non, poteſt principalis: licet ipse posſit capi & detineri. dictus Diedi ex aduerso dicit, quòd dicta securitas inhærebat personæ, & de persona facta

2 erat securitas: & sic † priuilegium non egreditur personam: & quòd fideiussor poterat opponere, quòd principaliter non poterat agi cū effectu, quia principalis erat securitas in persona, nunc opponere non poteſt, quia reus renuntiauit, & pactum fecit ita, quòd nullam exceptionem opponere poteſt. Quæritur modo vtrum iſta securitas seu priuilegium extendatur ad fideiussores, sicut pactum de non petendo: an verò non extendatur, cum dicatur personæ cohærere, & de persona factum fuerit. Et quòd dicta securitas ad fideiussores non extendatur. Quia pactum personale ad alium, id eſt ad fideiussorē non

3 extendatur † quia pactum personale ad alium, id eſt ad fideiussorem nō solet pertinere, quemadmodum nec ad hæredem: vt. ff. de pa. l. idem in duobus. §. personale. cum ergo securitas fuerit in persona rei principalis collata, nō debuit ad fideiussores extendi [a]. Item

4 † nec poteſt, etiam si in rem data fuisset securitas: quia forma procuratoris erat, quòd personis deberet concedi. si ergo in rem fuisset ei concessa, concessio non teneret: quia forma mādati non fuisset seruata: vt. ff. de exerc. l. j. §. igitur. & de institu. l. cuicunque. §. non tamen. & l. sed si pupil. §. conditio. & man. l. diligenter. & l. si quis pro

5 eo. Præterea, sicut † patet per preallega. §. personale. fideiussor & hæres parifi

parificantur, quantum ad vires personalis beneficij extendendas: sed cōstat quòd beneficium personale & maxime de pacto de non petendo ad tempus, à persona non transmittitur ad hæredē: vt.ff.de li.le.l.non solum. §. tale. ergo nec ad fideiussorē pertinere debebit,

6 † Præterea, expressum in.l.quòd illud beneficium, quòd non datur hære dibus, nec datur fideiussoribus: vt.ff.de re iu.l.& si fideiussor in princip.&.§. si maritus.&.l.sciēdū. Ex quibus omnibus apertè concluditur, quòd sicut beneficia personalia non pertinent ad hę redem: vt in.l.ætatem.& reli.&.l.forma.§.quāquam.ff.de cen.& de reg.iur. l.in omnib⁹.&.l.priuilegia. ita nec de-

7 bent ad fideiussores extendi. † Præterea, absurdum est in dubium reuocare rem, de qua agitur: quia beneficium fuerit in personam collatum, nec potuerit in rem conferri: vt.s̄.ostensum est, leges apertè debēt ad⁹ fideiussorem non extendi: vt.ff. de exce.l.exceptiones quę personæ.&.C.de fideius.tu.l.j. & arg.ff.dę mino.l.causæ. in princip.

8 Vnum autem est sine dubio, quòd † poterat creditori obstare, id est quia culpa sua, id est mediante liberatione temporali ab eo facta, ad hoc deuentū erat, quia non posset cedere cum effectu fideiussoribus contra principalem.j̄.tēpus decennij. tempus poterat excludi à petitione sua.arg.ff.de administra.tuto.l.si pupillus alterum.& de sol.si socius.§.si creditor. nūc autem ex quo dilatio temporalis remissa est à debitore, causa excludendæ petitionis creditoris ad tempus, rediuit ad nō causam: ideo perinde haberi debet, ac si nullo tempore interuenisset.argu.ff.de doli excep.l.ij.§.circa.& de cōdi.sine causa.l.j.§.finautem.& vt in pos.le.l.si pe-

9 cuniæ.§.qui fideicom. † Item aliud est, quòd videtur creditori prima facie obstare, videlicet, quòd renuntiatio debitoris non potuit tollere beneficium fideiussori quesitum: vt.ff.de pac.l.fin. & de contratab.l.si post mortem.§.fin. tamen nihil ad rem: quia hic non erat beneficium pacti fideiussori quesitum: vt suprà plenè ostensum est &.l.illa finalis, manifestè requirit de beneficio pacti, quod erat fideiussori quesitum.

10 Item.l.illa: si † post mortem. loquitur de beneficio bonorum possessionis, quòd erat instituto quesitum ex persona preteriti committentis edictum: & ideo nil ad rem: vt suprà ostensum est.

11 Item beneficium † differendæ petitionis creditoris ad tempus decennij, habet causam finalem annexam, scilicet quia creditor non poterit.j̄.illud actiones cedere cū effectu: vt suprà ostēsum est. Cū ergo predicta causa finalis

12 cesset † per remissionem dilationis & deueniatur ad illud, quòd actiones possint de p̄senti cedi cū effectu, sequitur ꝙ omnis effectus illius causæ finalis tollatur: vt suprà de oper.lib.l.planè. & de adul.l.diem.§.fi.& de acti.& obliga.l.qui cum hærede.& de exce.rei iu. l.ij. Et ita dico & consulo iuris esse, ego Dinus de Mucello Iuris vtriusque doctor.

Additio.

a ¶ Extendi. Factum ad hoc ea, que habentur per Bar.in.l.nisi.ad fi.ff.de pac. & per do.Alex.de imo.in.l. cū filius.§.

ſtipulatio.de verb.oblig.vbi etiam per Bart.& per Bal.in.l.tam mandatori.de non nume.pecu.Facit etiam dictũ Specu.in ti.de treuga.& pac.in fin.& Bart. in.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pac.ꝙ pactum non trahitur ad alias perſonas quã ſpecificatas. & adde quæ per eundem Di.habentur in regu.priuilegiũ. de regu.iur.in.vj.& quod ibi latè dixi in apoſtil.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Filius emancipatus petit à patre legitimam, pater antè vult æs alienum ſoluere, num id iure poſsit.*

2 *Pater debet relinquere filiis tertiam partem eorum, quæ habet in bonis tempore mortis: quam non poteſt diminuere, niſi ingratitudinis nomine.*

3 *Pater ſi velit facere augumentum dotis, vxori ſuæ, an ea de cauſa poſsit partem contingentem diminuere.*

4 *Filius habetur loco creditoris, in eo quod ſibi debetur iure naturæ.*

5 *Filius ſi depoſitum fecerit apud patrem, cuiuſdam pecuniæ, & recepit inde à patre inſtrumentum, item fœnus, an filius poterit capitale repetere à patre.*

6 *Pater, qui pecuniam filio ſuo relictam teſtamento, apud ſe ſeruauit, num cogatur filio petenti reſtituere.*

7 *Pater ſi dotarit vxorem filij ſui, & ipſam dotem receperit, an illa poſsit iure peti, patre nolẽte eam tenere, & ipſa ſtãte cum vno ſuo, diuiſione facta à patre.*

8 *Pater an poſsit cogere filium ad reſtitutionẽ lucri ex fauore conſequenti.*

9 *Filius emancipatus, legitimam adeptus, an fratribus alijs in poteſtate remanentibus, renuntiare debeat viri ſucceſsionis paternæ & maternæ.*

10 *Pater ſi habet vſumfructũ in bonis filijs, quẽ emancipat, an vſuſfructus debeat remanere penes patrem, vel potius conſolidari cum proprietate penes filium conſtituta.*

Conſilium. XII.



ACTVM TALE EST. Et ſic proponitur. Quidam habebat tres filios: vnus ex eis petit emancipari à patre ſuo: pater
1 † vult eum emancipare, & ſuper illo articulo non petitur cõſiliũ: quia ſunt in concordia. Itẽ dictus filius petit à dicto patre ſuo ſibi aſsignari & dari partẽ omniũ bonorũ ſuorũ mobilium & immobiliũ: aut dari ſibi legitimam dictorũ bonorum ſuorũ: & petit declarari dictã partem & etiã legitimã. Dicendum eſt, ꝙ cum tres ſint filij, tertia pars tantũ debetur omnibus pro legitima: & ideo vni de tribus debetur tertia tertiæ: vt in authen.de trien.& ſemiſ.§.j. Item dicit pater predictus, ſe feciſſe & extorſiſſe vſuras: quas dicit primo ſe velle reſtituere de bonis ſuis antequã partem integrã vel legitimã aſsignet dicto filio ſuo: & ſuper his petit conſiliũ, quid fieri debet de vſuris? Dicendũ eſt, ꝙ ad aſsignationẽ legitimæ
a partis, detrahi debet omne ęs alienũ [a]: & ideò quod acquiſitũ eſt per vſurariã prauitatẽ, cũ ſit æs alienũ, & neceſſariò reſtitutioni ſubiaceat, detrahendũ erit: vt.ff.de inoffi.teſt.l.pa.§.quarta autẽ. Itẽ, ſi pater teſtamentũ condidit, poteſt de iure minuere partẽ dicto filio ſuo, cum

cũ filius dicat testamentũ nõ valere.& per ipsum bona patris nõ minuũtur in
2 vita.dicendũ est,ꝙ † pater necesse habet relinquere filijs tertiã partẽ eorũ, quæ habet in bonis tempore mortis,& illã diminuere nõ potest per testamentum,nisi filij essent ingrati.vt in.d.authen.de trien.& se.§.j.& de hære.& fal. §.exhæredatos.& in authen.de immẽs. do.coll.vj.item,si pater vult facere au-
3 gumentũ dotis † vxori suæ,pẽtitur,an ista de causa potest diminuere partem dicto filio suo. Dicendũ est,ꝙ augumentũ dotis possit facere vxori,dũmodo probetur,ꝙ nõ faciat in fraudẽ filiorũ.quia tunc fraude probata reuocaretur augumẽtũ:arg.C.de inof.do.l.vnica.Nã pater ꝑ suã scripturã adsignat, & dicit se habere debita,quæ vult extrahere de dictis bonis antequã dictam
4 partẽ adsignet.dicendũ est,ꝙ † cũ fili9 in eo,ꝙ sibi debeẽ iure naturæ habea-
b tur loco creditoris [b] : vt no.ff. de fal. si qui.§.si patronus.scripturæ patris stari nõ debeat in preiudicium filij:vt.C. de proba.anthen.ꝙ obtinet.itẽ,dictus
5 filius † fecit depositũ apud dictũ patrẽ suum cuiusdã quãtitatis pecuniæ,& recepit inde à patre instrumentum,& ex illicito lucro,sine aliquo capitali habito à patre.petitur,an dictus filius dictã pecuniam de iure debet habere à patre vel nõ.Dicendũ est,ꝙ cũ filius fuerit cõuẽtus & condẽnatus ad restituendũ dicta illicita acquisita , ꝙ tunc saltim iudicis officio debeat & possit illud à patre recuperare:arg.ff.pro socio.l. ꝙ enim.&.l.si igitur.Itẽ,dictus filius sine aliquo capitali habito à patre illicito modo,& per vsurã,& contra prohibitionẽ patris,fecit aliquod lucrũ cuiusdam quãtitatis pecunię:& dictus pater misit dicto filio,vt mitteret ei partem pecuniæ dicti lucri facti dicto modo à dicto filio suo:quã petitionem voluit exaudire,& misit ipsam pecuniã. Nũc verò dict9 filius petit a dicto patre suo dictã pecuniã,& dicit se velle restituere lucrum illicitum ab eo factũ. Dicendum est,ꝙ si filius esset cõuentus & cõdẽnatus ad restitutionẽ prędictæ pecuniæ,sine dubio subueniendũ esset ei contra patrẽ:vt suprà dictum est.sed si nondũ sit conuentus & cõdẽnatus,sed animã suam per restitutionẽ exonerare intendit,ad hoc suadet rationabilis ęquitas,ꝙ pater dictam pecuniã illicitè acquisitam filio se exonerare volen-
c ti restituere teneatur [c] . Item,quidam
6 fecit † testamentũ,& reliquit dicto filio certam quãtitatem pecuniæ.quam pecuniam dictus pater recollegit & habuit post mortem testatoris,quam pecuniam dictus filius sibi petit restitui à dicto patre suo.quæritur,quid sit iuris:Dicendũ est,quòd si certum est testatorem reliquisse contẽplatione patris,pater nõ teneẽ aliqd restituere.sed si certũ est,ꝙ cõtẽplatiõe filij,pater debet habere vsumfructũ in vita sua:fili9 verò ꝓprietatẽ tantũ.mortuo autẽ patre,fili9 debet habere vsumfructũ & ꝓprietatẽ.Itẽ,si dubitatur cuius cõtẽplatiõe relictũ fuerit,pſumitur in dubio, ꝙ relictũ fuerit cõtemplatione filij.& ideo pater debet habere vsumfructũ solũ:filius verò viuẽte patre solã proprietatem.mortuo patre , proprietatem & vsumfructum , cum dicta pecunia sit de numero aduentitiorum : vt hoc

probatur.de condi.& demonstra.l.filio. & C.de vsufruct.l.fin.& de bo. quæ lib. l.cum oportet.Item,pater dotauit vxorem dicti filii sui,& ipsas dotes recepit. petitur si ipsę dotes possint peti de iure patre nolente eam tenere, & ipsa stante cum viro suo diuisione facta à patre? Dicendum est,quod dos dicitur esse penes filium, qui sustinet onera matrimonii.

d trimonii. [d] dummodo caueat de defendendo patrem & hæredes patris aduersus vxorem.ff.fami.er.l.si maritus.&. l.

8 si filia.§.hoc amplius.Item,†pater petit sibi adsignari & dari à dicto filio suo omnem pecuniã, & totum & quicquid habet ex quocunque lucro acquisitum. sed filius negat,dicens se non teneri ad prædicta, cùm ab eo aliquod capitale non habet, & illud, quod totum sit acquisitum ex vsuris & illicito lucro, dicit se velle ipsas vsuras & lucrum illicitum restituere, de eo quod habet, & vult liberari à peccato, & facere restitutionem,petitur quid sit iuris? Dicendum est, quod de quadam rationabili æquitate,sicut dictum est suprà si filius velit restituere vsuras, à peccato liberari, quod non teneatur eas dare pater. quia qua ratione deducit pater æs alienum,antè,quàm filio debeatur legitima de paternis vt in §. quarto authent. eadem ratione & filius deducere debet ante,quàm debeatur vsufruct.patri. Item quod necessitas soluendi æs alienum, patri incumbat, habetur in. l. cum non solum.§.vbi autem.C.de bonis, quæ li.

9 Item super eo,quo† quæritur, an filius emancipatus qui legitima habet, debeat aliis fratribus in potestate remanentibus,renuntiare iuri succedendi in bonis paternis & maternis? Dicendum est, quod de iure non teneatur renuntiare:arg.C.de coll.l. pactum. & de

10 suis & legi.l. fin. † Item, super eo,quo quærit si pater habet vsumfru.in bonis filii,& ipsum filium emancipat,an vsufruct. debeat remanere penes patrem: an debeat consolidari cum proprietate penes filium constituta? Cùm pater non sit in necessitate,dicendũ est, quod dimidia vsusfructus remanere debeat penes patrem emancipatum,& dimidia pertinere ad filium emancipatum, vnà cum proprietate, vt.C.de bon.quæ li.l. cum quæ.§.cùm autem. [e] Et ita dico & consulo ego Di.

Additio.

a ¶ Alienum.Adde idem tenentem domi. Soci.in consi.cl. incipien. & nos introducere.versi.vij.confirmatur. in prima parte.

b ¶ Creditoris.Adde do. Soci. in consilio xxx.incipien.quamuis ex his. versi. xij. in prima parte.

c ¶ Teneatur.Adde Barto.& do. Alexan. de imo.in.l.quod seruus.de acquir. pos. & omnino per Barth. Cepo. in cautel. cxxx.& sequi.& Frã.por.in tra. de duo. fra.prima parte & quam adde text.in c. sicut nec.xlj.distin.

d ¶ Onera matrimonii. Adde Bald. in l. si cum dotem.§ transgrediamur. in fin. sol.matrimo.vbi refert & sequitur Di. hìc.Et Adde idem tenentem ibi Angel. Imo.& Paul.de Castr.& domi. Alexan. de Imo.per text.in l.si is,qui. §. primo. suprà de iure dotium & Petr. de Anch. in consilio.ccxx.& in consil. xviij. Sed quid si filius non sit emancipatus, sed

seorsum habitat à patre, an com pella tur ei dotem restituere? vide domi. Alexand. de Imo. in dicto. §. transgrediamur. in versi. sed dubium est. Et ad suprà dicta adde Bald. in l. si constante. §. si exhæredato. so. ma.

c ¶ §. Cùm autem. Et ibi vide ad hoc Barto. Sed quid si inuitus emancipat filium ex causa iusta, an habeat vsumfructum in bonis filii? Hîc, quod non imo perdit secundum Rapha. Cu. in consilio incipien. in Christi nomine, amen. inspectis causis præmissis. & tenet Bal. in l. quamuis in versic. modo quæro. C. de fideicommis. per. l. cùm filio. de lega. primo sed nunquid iste pater emancipatus filium, possit reseruare vsumfructum in acquirendis per filium? Dic quod nota. Ioan. de pra. in lege. falsa. de conditio. & de. & Oldrad. in consilio. ccxiiij.

SVMMA CAPITA

1 Notarij varietas in indictione, an vitiet instrumentum. & numero. 8. 10. 14. &. 18.
2 Contrarietas instrumentum vitiat.
3 Instrumentum reddit inutile defectus in substantialibus.
4 Notarij error, an cuiquam contrahentium possit obesse. & nu. 12.
5 Error facti proprij, non nocet, vbi agitur de damno vitando. Et quid si error facti & iuris mistus circa idem concurrant. nu. 6.
7 Ignorantia tolerabilior in facto alieno, quam in proprio.
9 Aduocati error, an parti noceat.
11 Lex præsumit pro consuetudine.
13 Instrumenti variatio, circa illud, quod est de substantialibus, an vitiet instrumentum. & quid de obmissione.
15 Instrumentorum substantialia quæ & quot sint. Et quorum variatio vel obmissio, noceat.
16 Contractum perficiunt, persona, res, & causa.
17 Culpa lata in his, quæ publicè sunt nota, dolo æquipollet.

Consilium. XIII.



QVAESTIO TALIS EST. In quodam instrumento publicè confecto reperitur varietas quædam. quia cùm
1 †notarius scribere deberet indictione xiiij, vt indictio conueniret annis domini, qui tunc currebant Mccxlij. scripsit indi. x. & dubitabatur vtrum varietas ista reddat instrumentum inutile? Et quod inutile prima facie videtur:
2 quia † anni domini & indictio sunt de substantialibus instrumenti: vt colligitur & not. in authen. vt præpo. no impera. §. vnde sancimus. & in summa de instru. cau. circa princip. Cùm ergo in substantialibus reperiatur varietas ex varietate videtur resultare contrarietas, & ratione contrarietatis reddi totum inutile, vt de regul. iuris. l. vbi repugnantia. Item, cum certum sit scriptum de annis domini & de indictione non esse simul vera: ergo sequitur circa
3 alterum esse falsitatem quia † orationes repugnantiam continentes ita se habet quod vtraque simul non possit esse vera: licet possit esse simul falsa: vt. ff. de re. du. l. si is qui ducenta. §. vtrum. si ergo altera falsa: illa, quæ est falsa, est pro non scripta, & pro non adposita, vt. ff. de.

verborum significa.l.Paulus.cum si. Si
pro non scripta:ergo deficit aliquid de
substantialibus instrumenti,& defectus
alicuius de substantialibus reddit in-
strumentum inutile, vt dicto. §. vnde
sancimus.& de transf.l.cum hi.§. si præ-
tor.& de re.eorum.l.magis.§.si æs alie-
num. In contrarium, dicendum est
4 instrumentum † valere. non obstante
præmissa varietate.Primò,quia certum
est errorem fuisse in tabellione scriben
te.Quem constat aliter scribere debuis
se,quàm scriptum reperiatur.ergo nul-
li contrahentium debet obesse: vt de re
a gulis iuris.l.si librarius [a].& de hære.in-
sti.l.quoteis.§.sed si maioré.&.C.de te-
stamentis.l. errore. Præterea, vbi de
5 damno vitando agitur, constat † quod
error etiam facti proprii non nocet: vt
de conditio.& demonstr.l.sed si me prę
sente.§.cum inter.& de act.empt.l. si ti
bi librum.& de iur.& fact.igno.l.error.
6 & l.regula.Item,vbi † reperitur error fa
cti & iuris mistus circa idem concurre-
re,& non de lucro captando agatur,per-
inde habetur ac si solus error facti in-
teruenisset,vt. ff. de do. inter vi.& vxo.
l.si sponsus. §. generaliter. & notari so-
let.ff.pro donato. l. si vir vxori? Item
7 † constat,quod in alieno facto est tolle
rabilior ignorantia, quàm in proprio,
vt pro suo.l.fin.& ad Velle. quanquam
8 ex quibus † omnibus concluditur, quod
in proposito agatur de errore ex perso-
na tertii.i.tabellionis,& non alicuius
contrahentium,originem habente. Itē
cùm agatur de damno, siue tabellio er-
rauit in iure, siue in facto, vel mistim,
error sit tolerandus, & obesse non de-
bet alicui contrahentium. Præterea,

error computationis,nemini nocet: vt
C.de erro.cal.l.prima & argu. de iur.&
fact.igno.l.si post diuisionem.&. l. cum
falsa.&.l.error.&.l.si non transactionis
& l.cum testamentum.&. l. non idcir-
co.Cùm ergo notarius in computatio-
ne incarnationis Dominicæ errauerit,
sequitur quod eius error præiudicare
9 non debeat.† Præterea,certum sit er-
rorem scribentis obesse non debere. vt
dictum est & apertè patet de errore ad-
uoca.l.secunda & argu.de hæredi insti.
l.his verbis.§.fi.Quare in his, quæ non
10 solent † à partibus exprimi: sed à ta-
bellione,vt est annus Dominicæ incar-
nationis,& indictio, & similia,non est
verisimile verba à partibus fuisse ex-
pressa,sed à tabellione,quia lex præsu-
11 mit illud † factum fuisse, quod ex con-
suetudine fieri solet:& arg. ff.de quæst.
l.de mino.§.tormenta.&.C.loca.l.circa
locationes.& de ædil.edict.l.quod si no-
lit.§.qui assidua.& de lega.j. l. si seruus
plurium.§.fi. & de leg.iij.l. nūmis. & l.
prediis.eo.tit.&.§.balneas.&.§.fin.& de
fun.instru.l.sene.§.temperane.& l.cum
12 de lanionis.§.primo.Si ergo † præsumi-
tur à tabellione prolata, sequitur quod
errauit tabellio: & si sequitur tabellio-
nem errasse,consequenter sequitur er-
rorem illum obesse non debere, vt di-
ctum est. Præterea, constat quod va-
13 riatio quæ est circa † illud quod est de
substantialibus,nō reddit inutilem rem
de qua agitur:licet obmissio inutilem
redderet, vt patet, quod si hæredis vel
legatarii nomen obmittitur, & aliud si-
gnum æquipollens dispositio est nulla:
& tamen si exprimitur,& in expressio-
ne erratur,dispositio valet, vt de hære-
di.

di.insti.l.quoties.in prin.&.§.si quis no men.&.§.hæredes.&.l.si his verbis. §. si in patre.& insti.de leg.l.si fortidianum. & de testamentis. l. si in nomine. & de verborum obligatio.si in nomine.Licet
14 ergo† fortè obmissio annorum domini vel iudictionis instrumentum vitiaret: tamen expressio errorem habens anne-
15 xum vitiare non debet.† Prætereà,lege cauetur,quod quædam sunt substantialia leuia,& illorum obmissio,non vitiaret rem,de qua agitur:quædam sunt substantialia & non leuia, & illorum obmissio vitiaret rem, de qua agitur, quædam sunt non substantialia & non leuia, & illorum obmissio non vitiat: vt.ff.de ven.inspi.l.prima.§.fina. Cum
16 ergo per verba contractus † constet de personis contrahentium & de re in contractum deducta,& de causa contractus cætera quæ adponi solent,videntur esse substantialia leuia, ergo instrumentorum per illorum obmissionem vitiari non debet,cum ista sola, scilicet persona,res, & causa contractum perficiat.
17 Prætereà† error in dubio potius debet præsumi circa ea,quæ communiter sunt incognita apud maiorem potestate,quod patet: quia circa ea, quæ sunt publicè nota, in ignorante præsumitur esse lata culpa, quæ dolo æquipollet, vt.ff.de verborum significatione.l. cedere.§. fina. &. l.latæ.& lege magna.& de institu.l.sed & si pupillus.§. proscribere.In aliis verò, quæ sunt magis incognita,ignorantia tolleratur, vt dicto §. proscribere.& de decretis ab ordine faciendis.l.final. Sed anni Dominicæ, Incarnationis,sunt publicè noti. Ergo ex quo dici oportet errorem tabellio-
18 nis fuisse,dicendum † est quod præsumantur circa indictionem,quæ est communiter magis incognita: ergo præsumpto errore pôt facilè corrigi: quia plus valere deberet, quod vere scribi debuit,quam quod scriptum reperitur, vt,ff.de statu hominum.l.imperator. & de officio præsidis.l.illicitas. §.veritas. &.C.plus valere quod agitur.l. prima per totum. & de libera. & in. l. nec obmissa. Et ita dico & consulo, ego Din. de Muxello.

Additio.

a ¶In.l.si librarius.Et ibidem ad hoc vide domi.Alexand.de Imo. & adde Bal. in prima constitut.C,§.excepto.& Barto.in lege nominatum.ff.de conditio.& demonst.& omnino.Felin.in c.inter dilectos.de fide.instrumen. in versicu. in gloss.in ver.indictionis,vbi allegat hoc consilium. domi.Din.cum quampluririmis aliis, concordantiis, quas ibi vide.

SVMMA CAPITA.

1 *Scriptura priuata plenè probat in præiudicium scribentis.*
2 *Dominum transfertur traditione rei,quæ erat penes venditorem.*
3 *Dare,est accipientis facere.*
4 *Confeßione contraria an liceat, cuiquam reuocare id, quod clara voce est protestatus.*
5 *Confeßionibus diuersis vnius personæ non est standum.*
6 *Fieri quid non legitimè,vel omnino non fieri,paria sunt.*
7 *Instrumentum carens indictione, inutile est.*

Consi

Consilium XIIII.



N CHRISTI nomine, amen. Quidam nomine Nutius cornabili de populo sanctorū apostolorum ciuitatis Florentiæ primò vendidit Lippo.lxvj. butesellas olei,& confessus fuit solutionē prætii recepisse ab eodem Lippo, prout continetur in libello rationū ipsius Nutii seu contineri dicitur. Secundo loco prędictus Nutius in M.cc.xcv.indictione nona, die octaua mensis Nouēbris, prout in instrumento ipsius confessionis continetur, confessus fuit,& manifestè asseruit, ꝙ dedit & tradidit Lippo. bonamici pro Salui arrigeti.xvj.vegetes olei. Tertio verò loco cōfessus fuit in M.cc.xlv.indictione octaua, die.xiij. mensis Nouembris, ꝙ vendidit prædicto Lippo bonamici.xlvj. butisellas olei,& ꝙ de dictis butisellis integram prætii solutionem accepit à dicto Lippo. Modò quæritur, ex prædictis, qs prædictorum magis sufficienter probauerit de dominio olei suprà dicti: i. vtrū prædictus Lippus bonamici, vel prædictus Saluius quondam Arrigeti? Et ꝙ prædictus Lippus plenè probauerit,& prædictus Saluius nullo modo de iure

1 satis sufficiēter videtur probari. †Primò, quia constat quòd scriptura priuata plenè probat [a] in præiudicium scribentis: vt.ff.depo.l.publi.§.Iulius.& de procura.l.si procur.& rem ratam ha.l. ne satisdatio. per quod patet quòd plenè probatum est: quare prædictæ. xlvj. butesellæ olei verè fuerunt venditæ di

2 cto Lippo. Item, traditæ & per † traditionem in eum translatum dominium, si erat penes venditorem. Nam in scriptura continetur: dedit,& vendidit &c. per quæ verba apparet dominium

3 translatum esse in prædictum † Lippū, cùm dare, sit accipientis facere: vt insti. de act.§.sic namque.&.ff.de contrahen. empt.l.ita.& de verbo.oblig.vbi autem §.fi.& de regu.iu.l.non videntur data. & magis præsumendum est, quòd suo nomine fecerit, quàm alieno: vt.ff.de so.& magis.& ideò dominium est sibi acquisitum, non autem alii ministerio eius. Prætereà, non potuit dictus Nutius in præiudicium dicti Lippi confi-

4 tendo † aliquid immutare, vt in regula iuris: nemo potest.& cùm priori scripturæ confessioni stari oporteat, cùm nō potuerit, quòd dilucida voce protestatus erat, contraria confessione reuocare: vt extrà de proba.per tuas.&.C.de non nu.pe.l.generaliter. cum multis simili. Prętereà, duę sunt confessiones

5 † eiusdem personę & contrariæ: ergo nulli standum, cum nulla procedit in pręiudicium sui simpliciter, sed ad dānum & commodum aliorum:& si nulli statur: remanet efficax scriptura prima: vt.xxxvij.dist.si quid.&.xlv.di. qui sincera. Prætereà, instrumentum cōfessionis, quòd inducitur contra lippū, non habet indictionem legitimè positam: si quis rectè aduertat.& iō heberi debei pro non apposita. Nam quid non fieri, vel non legitimè fieri, paria sunt: vt.ff.de pe.l.ij.& de re iudi.l.iiij. §, condemnatum.& de bonorum pos. contrata.l.non putauit.§.non quęuis. &.x.di.c.vides.&. xxv.di.ij. imperialis

7 sed si in † instrumento non apponitur indi

indictio constat instrumentum inutile esse:quia indictio est de substãtialibus
b instrumenti [b]: quorum obmissio vitiat instrumentum:vt in authen.vt prę po.no Impera.circa prin. & ibi no.& in summa de instrumen.cau.& fid. ergo & si non legitimè apponatur, pro non apposita debet haberi Quare consilio mei Din.de Mucello,in prædictis est,quòd dictus Lippus plenè probauerit,& dictus Saluius insufficienter,& non ad plenum:maximè cùm indictio scripta in confessione facta in fauorem Saluui,non legitimè fuerit apposita. Et ita dico & consulo ego Din. de Mucello.

Additio.

a ¶Probat.Et an & quando,& cui adhibetur fides:vide tu do.Soci.in consilio. sexagesimotertio incipi.in præsenti cõsultatione.versicul.præterea clarè. in prima parte vbi etiam quid de scripturis priuatis & libris rationum hæbræorum mutuantium sub vsuris.

b ¶Instrumenti.Quomodò autem intelligatur esse de substantia instrumenti: vide do.Alexand.de Imol. in consilio. sexagesimosexto prima parte. Sed nunquid falsa vitiat?dic quòd non:vt in cõsilio præcedenti,cum concor.ibi adpositis in apostillis.& adde eum.Din. infrà in consil.xlviij.

SVMMA CAPITA.

1 *Ius agendi sine cessione non quaritur nobis per liberam personam.iuri nostro non subiectam,*

2 *Hæredes possunt habere ratum gestum, nomine defuncti:nisi tale ius,de quo agitur, quod non soleat ad hæredes transmitti.*

3 *Ius domino quæritur per negotiorũ gestorem ratihabitione sequuta.* Et nu.4.

5 *Ex confessione facta reo,procuratore præsente,quæritur domino actio personalis sine aliqua cessione.*

Consilium XV.



N CHRISTI NOmine, amen. Quæstio talis est:Quidam confessus fuit se habere in feudum res certas, præsente quodam recipiente pro se & quibusdam:quorum erat cõsors & se dicebat negotiorum gestorem vt apparet. Modò dubitabatur, nunquid ex dicta confessione consortes,qui non fuerunt præsentes,& nomine quorum recepta fuit confessio,possint agere vel hæredes dictorum consortum, & competat eis ius agendi ex confessione prædicta,nomine ipsorum, sine aliqua cessione facta. Et quod non competat ius,videtur:quia per liberam personã
1 † iuri nostro non subiectam,non quæritur nobis agẽdi sine ius cessione.ff.de acqui.pos.l.possessio.§.& si possessio.& de regulis iuris leg.quæ tutela.§.fina.& de verbo.obligatio.l. stipulatio ista.§. alteri.&.l.si ita stipulor.§.Crisogonus. &.C.per quas personas no.acqui.l.prima. Si.enim non quæritur sine cessione per eum, quem constat habere mandatum,multò minus quæretur per negotiorum gestorem, qui non habet mandatum. Mihi antè Dy. de Mucel. videtur, quod ius agendi acquiratur prædictis consortibus & eorum hæredibus

bus ratam confessionem habere volentibus, etiam sine aliqua cessione. Con-
2 stat.enim † quod hæredes possunt habere ratum, quod gestum est nomine defuncti:nec esset tale ius, de quo ageretur, quod non solet in heredes transmitti:vt.ff.rem ra.ha.l.si fine.§.si procuratori.&.l.si is,cui.&.l.bonorum. Item,
3 constat,quod sicut quæritur † procuratorem mandato præcedente:ita quæritur per negotiorum gestorem ratihitio
a ne sequente [a]:quia mandato assimilatur:vt de regula.iur.l. hoc iur.§. deiecit.certum est ante,quod per traditio-
4 nem † vel quasi factam procuratori quæritur domino ipso iure sine aliqua cessione dominium, & consequenter ius agendi ratione dominij:vt.ff.de acqui.re. do.l. si procurator.&.l.edito.§. fin.&.l.per seruum.§.fi.& de acqui.pos. l.j.§.per procuratorem.ergo & ipso iure quæretur per negotiorum gestorem ratihabitione sequuta, sine aliqua cessione:vt dici solet.ff. de neg. ges.l.si ego.& de acqui.pos.l.communis.§. procurator.Sed confessio prædicta, quòd habebat & tenebat in feudum, habere loco traditionis:ar.C.de do.l.quisquis. & de acqui.pos.§.interdum iu prin.&. §.fi.&.l,qui bona fide.ergo acquisitum est dominium consortibus vel consortum hæredibus,& consequenter ius agendi ratione dominij sine aliqua ces-
5 sione. † Prætereà, constat, quod ex confessione facta reo,procuratore postate,quæritur domino actio personali sine aliqua cessione:vt.ff. de confes.l. certum.§.certè.& iō,quia magis ex facto confitentis,videtur quæri ius agendi quam ex facto procuratoris confessionem recipientis:sicut aliâs patet euidenter in simili:vt.ff.de vsuris.l.si quis solutioni.§.mora.& de procu.l.per procu.& quod vi aut clā.l.iij.in princ. Ergo & quæri debet sine cessione per negotiorum gestorem,ratihabitione secuta.Et iō concludendo dico, quòd cùm ex dicta confessione sit declaratum dominium pertinere ad eos, in quorum fauorem fuit exposita,quod eis competeret ius agendi ratione dominij.act.in rem.Item cùm per eandem confessionem sit declaratum rem feudalem esse, quod quæsitum sit etiam ius agendi actione personali.id est ,condictione ex moribus.& hoc sine aliqua cessione, rationibus supra dictis.Et ita dico & consulo,ego Dy.in.

Additio.

a ¶ Sequente. Vide sin.Pau.de cast.in.cō si.lxxxiij.incipi.in causa siluestri. &c.

SVMMA CAPITA.

1 *Fideiussores non obligantur vltrà, quā promiserint.*
2 *Fideiussores obligantur per stipulationem tantùm.*
3 *In stipulationibus spectanda sunt verba,ex quibus oritur obligatio.*
4 *Liberationis actus,fauorabilior est,quàm obligationis.*
5 *Fideiussorum promissio vbi est incerta,qualis sit facienda interpretatio.*
6 *Nepotes qui dicantur iure ciuili.*
7 *Statuti formam non licet egredi.*
8 *Lex in vno mandans,in cæteris videtur prohibere.*
9 *Argumentum à cōtrario legis sumptū, est lex.*

Consi

Consilium. XVI.



IN CHRISTI NOMINE, amen. Diligenter cõsiderata & inspecta forma ordinamenti & statuti sacrati communis Pistorij, quod incipit: vt lupi rapacitas &c. Et inspecta promissione facta per ser Moscã stimati, procuratorem Fredi de cancellarijs, dici potest, quòd dominus Lazarus domini Rustichelli, & dominus Bonacursius de forte brachus fideiussores prædicti Fredi, quorum quilibet damnatus fuit in mille libris communi Pistorij, & soluerunt, de iure, nõ possunt nec debeant compelli ad soluẽdum condemnationem trium milium librarum factam de Fredo prædicto: &
1 hoc iõ, quia fideiussores non obligantur in maiorem quantitatem, quàm in eorum promissione contineatur. vt. ff. qui satisdare cogã. l. ij. §. fi. & de fideiuss. l. fideiussores, & in partem. & no. ff. loca. l. quæro. Item † patet, quia fideiusso-
2 res obligantur per stipulationem tantùm: vt. ff. de verb. oblig. l. j. §. verbis. & l. stipulationum. §. satis acceptio. & . C. de fideiuss. l. blanditus. & no. ff. manda. l. si verò nor. §. si post creditam. effectus autem stipulationis nunquam extenditur vltra illud, quod continentur in verbis in stipulatione expressis. vt. ff. de damno infecto. leg. damni. §. si is, qui. & de verborum obligationib. leg. quicquid adstringendæ. Sed in promissione prædictorum fideiussorum nunquã continetur in aliqua parte sui, quòd se obligauerit ad aliquam condemnationem soluendam: & ideo inconueniens videtur dicere, quòd fideiussores ad solutionem condemnationis compelli possint. Nam si verba promissionis inspiciantur, in nullo capitulo promissionis continetur, quod principalis vel fideiussor promiserit soluere aliquam condemnationem factam vel faciendam. Sed promiserat certa capitula obseruare & si illa nõ seruaret promiserat pœnã. Vñ plusquã absurdũ est dicere ex quo certa pœna est adiecta promissioni, ꝙ extrinsecus intelligatur facta promissio condemnationis soluendæ:
3 semper enim in † stipulationibus inspicienda sunt verba, ex quibus oritur
a obligatio [a] & executio stipulationis facienda in eo, quòd verba comprehendunt: quia illud verisimile est contrahentes sensisse, & vltrà non extendẽda: vt. ff. de verborum significatio. leg. nepos in verbo. Proculis. & de verborũ. obligationib. leg. si ita stipula. §. Crisogonus: circa finem, & de contrahend. emptio. leg. in lege. vbi verba generalissima fuerunt, & tamen restringuntur ad id, ad quòd actum fuit, & non extenduntur ad illud, quod actum non fuit. & ad idem de pign. leg. fideiussor. §. Lu-
4 cius. cum si. † Prætereà constat, quòd actus liberationis fauorabilior est & magis extensiuus, quàm obligatorius, vt colligitur ex cõiunctione duarum legum: videlicet. ff. de pac. l. si vnus §. pactus. & de solu. leg. Stichum. §. naturalis. & ibi not. & in leg. Arrianus Valet enim argumentum coniunctione legum. l. gallus. §. final. ff. de lib. & post. Sed constat, quòd pactũ liberatoriũ nõ extenditur ad ea, de quibus actum nõ apparet: vt. ff. de pactis leg. tres fratres

tres. & de transact.l.cum Aquiliana. &
l.qui cum tutoribus. in princ.&.§.j.&
§.fin.&.l.non est ferendus.ij.responso.
ergo multò minus extenditur pactum
obligatorium. Prætereà, vbi incerta
5 †est promissio fideiussorum, non ex-
tenditur vltra illud,quod æstimari po-
test à principio per fideiussorem pro-
missum:sed extenditur obligatio prin-
cipalis:vt patet ff.de fideiusso.l.fi.& de
in lit.iuran.l.Multò ergo minus debet
extendi, vbi à principio certa quanti-
tas in promissione fideiussoris adiecta
fuit: & de futura condemnatione sol-
uenda nihil est expressum. Item, quia
lege cauetur, quòd fideiussores, qui in-
tercesserunt apud rempublicam, sicut
est in casu proposito,non tenentur,nisi
ad illud solum, ad quod se adstrinxe-
runt: adeò quòd si principalis commi-
sit delictum, ratione cuius condemna-
tus fuit ad pœnam reipublicæ soluen-
dam, fideiussores nullo modo conueni-
ri possunt ad illam pœnam: ergo nec
in proposito debent posse conueniri fi-
deiussores,vel compelli ad solutionem
condemnationis: cùm hoc sit, quòd ad
certam quantitatem nomine pœnæ se
obligauerunt. Et prætereà casus quæ-
stionis,de qua agitur, videtur etiam.ff.
ad municip.l.libertus. §.fi.&.C.de pe-
culio eorum,qui pro magi.inter.l.j.lib.
xj.Vnde consilium mei Di.de Mucel
lo,tale est,scilicet quòd rebus ita se ha-
bentibus, sicut processum est, prædicti
dominus Lazarus, & Bonacursius fide-
iussores prædicti Fredi non possunt de
iure compelli ad soluendum conde-
mnationem trium millium librarum,
factam de Fredo prædicto. Item consi-
lium mei est, quòd præfati dominus
Chellus & dominus Simon de cancel-
leriis non possint compelli ad soluen-
dam condemnationem præfatam fa-
ctam de prædicto Fredo: quia de iure
6 ciuili appellantur † nepotes ij, qui de-
b scendunt ex linea inferiori.i.ex filio [b]
vel filia, non autem prouenientes ex
linea transuersali:vt patet.ff.de gradi-
bus.l.j.§.ij.&.l.iuran.§.secundo.gradii.
Sed Fredus non contingit prædictos
dominum Chellum & Simonem per
lineam descendentem:ergo non potest
dici, quòd obligentur ex delicto ipsius,
quasi pro delicto nepotis. Prætereà,
posito quòd sequamur sermonem vul-
garem, secundum quem nepotes appel
lantur communiter etiam descenden-
tes ex fratribus: non prætereà com-
pelli possent prædicti domini ad di-
ctam condemnationē soluēdam. Nam
de domino Simone constat, quòd non
compellatur: quia ordinamentum li-
mitat personas, pro quibus teneri de-
beant. Vnde dicit: videlicet patribus,fi-
liis vel fratribus, siue nepotibus tam
legitimis, quàm naturalibus: sed Fre-
dus non est pater,non filius,non frater,
non nepos ad dominū Simonem,etiam
secundum appellationem vulgarem &
prætereà non debet teneri, nec ipse,
7 nec eius securitas.Item,nec†teneri de-
bet dominus Chellus, nec eius securi-
tas: quia certum est, quòd non licuit
egredi formam ordinamenti sanciti:
argu.ff.de transact.l.cum hi.§.si præ-
tor.& mand.l.si quis pro eo.&.l.dili-
genter.&.l.creditor.§.fin.Sed in forma
ordinamenti cauetur, quòd teneatur
qualibet prædictarū personarum, pro
patr

patribus,filiis,& fratribus,& nepotibus tam legitimis,quàm naturalibus.& de spurijs nihil dicit.qui ergo in spurijs formam promissionis adiecit, videtur egressus formam ordinamenti sanciti: & iō quantum ad spurios non videtur tenere promissio,& pereà non de-
8 bet teneri dictus Chellus. †Praeterea,quādo lex in quibusdam mandat, videtur in cæteris prohibere.ar.C. de procu.l.maritus.&.ff.de iudi.l.ea prætor.& de cōdi.& demonstra.l.cum ita. per quòd apparet, & ponendo de naturalibus,videtur de spurijs prohibitum:& iō in ea perte promissio contra legem.& properea inuitilis principalis & fideiussoria:vt in.l.cùm lex.&.l.
9 non dubium. † Præterea, ar.à contrario sensu.legis sumptum,lex est:vt. ff.de testa.l.qui testamento. §.mulier. ergo lex est pro his,qui non sunt legitimi vel naturales:vt in authen. qui. mo.na.effi.sui.§.fin.si quidem,ergo nō potest dici, quòd spurij teneantur.Itē constat,quòd spurius nullam coniunctionem vel cognitionem habere videtur ex parte patris:vt.d.§.fi.&.ff.vnde cog.l.si spurius.& iō superuacuum videtur quærere, an coniuncti per patrē teneantur pro eo.Et ita dico & consulo,ego Dy.

Additio.

a ¶Obligatio. Facit dictum.do.Soci.in consil.xlvij.incip.in primo præsentis consultationis. in prima parte. quòd obligatus ex contractu, ad consyderandum, ad quid, qualiter & inquantum,quis. sic ipsius verba consyderanda sunt.

b ¶Id est ex filio. Tu ad huius articuli decisionem, & ad saturitatem vide omnino Feli.in.c.per tuas.de probatio. versicu.prima conclu.& quod ibi dixi in apostil..

SVMMA CAPITA.

1 *Scribens in libro rationum suarum se debere Titio centum, ipso Titio absente, non ex eo obligatur.& nu.5.*
2 *Obligationibus duabus stantibus, prima tollitur, si secunda effectum sortiatur: & econtrà.*
3 *Leges argumentantur de corporalibus ad incorporalia.*
4 *Emptio vel donatio facta absenti, qui renuat, non valet.*
6 *Mandatum mandantem obligat.*
7 *Constitutio oblationis,& solutio, paria sunt.*
8 *Solutione facta à debitore, mandato creditoris,pœnitentia creditoris,non facit resuscitare obligationem per solutionem extinctam.*

Consilium XVII.



IN CHRISTI Nomine,Amen.Thema tale est:Quædam ecclesia habebat Titium debitorem, penes quæ deposuerat mille marchas argenti, habebat eadem ecclesia Sempronium creditorem, cui tenebatur ad duo millia: vocauit ecclesia Titium debitorē suum. Et dixit ei:tu es debitor meus in mille marchis : quod confessus est Titius. Deinde dixit ecclesia siue prælatus eius,ego iubeo tibi, quòd illa mille, quæ mihi debes,soluas Sempronio creditori meo : qui Titius acceptauit iussum,

ſum,& in libro rationum ſuarum ſcripſit ſe debere mille Sempronio, cui iuſſus erat ſoluere: & hæc omnia acta ſunt abſente dicto Sempronio.tandem hic ad notitiam dicti Sempronii peruenerunt: qui talem epiſtolam miſit: Titio Sempronius Salutem. Cùm audiuerim de vniuerſa ſumma pecuniæ, quæ mihi à tali eccleſia debebatur penes te eſſe mille marchas, placet mihi, & mando tibi.quòd ſi qua pecunia mihi ſolui adſignari mandabatur, vel iam mandatum fuit, de tui largitate confidens apud te libera & integra remaneat. Quam literam Titius ſuſcepit. poſt hæc pœnitet eccleſiam iuſſus facti Titio:& vult pecuniam ſuam petere. dicit Titius quod non poteſt: quia iam obligatus eſt alteri,& de ſui mandato. Modò, quæritur, an poſſit Titius contra eccleſiam ſe tueri? Et quòd Titius non ſit obligatus Sempronio,& quòd non poſſit ſe tueri contra eccleſiam,videtur de iure probari;quia lege

1 cauetur, quòd ſi aliquis † ſcribat in libro rationum ſuarum ſe debere Titio centum, ipſo Titio abſente, non obligatur ex dicta ſcriptura, etiam ſi Titius, in cuius fauorem ſcriptum erat, habeat ratum:vt probatur.ff.de pecul. l.non ſolum. §.an debitor.& de peculio.l.ſi peculium.§.pen.& de do.l.nudaratio.per quod Titius ſupra dictus, nõ eſt obligatus Sempronio: licet Sempronius ratum habuerit, & per tranſmiſsionem literarum ratihabitionem declarauit.Item, non poteſt contra eccleſiã ſe tueri, cùm iuſſus reuocatio interuenerit re integra.i.ante ſolutioné Sempronio factam,& ipſo Titio debitore ſciente.ar.ff.man.l.inter cauſas.§. ſi quis debitori.& de do.l.hoc iure. §.ſi quis dederit.& de ſo.l.ſi quis ſeruo.&.l. ſi ſeruus.&.l.cùm quis. §.ſi debitorem.

2 Præterea, ex forma quæſtionis adparet quòd Titius†non erat interpoſitus à Sempronio creditore:ſed ab eccleſia debitrice.& ideo per factum eius nihil potuit dominii vel quaſi iure obligationis quæri Sempronio creditori: vt de do.inter vir.& vxor.l.ſed interim. aliâs, ſi inter.§.quod Marcellus.&.§.ſi vxor.&.l.ſi ſponſus.in prin.Si ergo nihil quęritur Sempronio creditori conſequéter, nihil diminuitur de iure pertinente ad eccleſiam, quæ mandauit: quaſi ſub cõditione videtur ab eccleſia liberari.ſ.ſi ius obligationis quæratur Sempronio,cui eccleſia ſolui iuſsit: ſicut cùm debitum purum animo nouandi quis ſtipulatur ſub conditione, nam ita demum tollitur obligatio prima,ſi in ſecunda effectum habeat: ita, quòd ſecunda effectum proprium non habente,remanet prima:vt inſti.quib. mo.tol.obli. §.quod autem diximus.& ff.de noua.l.nouatio.&.l.ſi Stichus.§.legata.&.l.quoties.& de vi & vi ar.l.cum fundi.& de acqui.poſ.l.ſi me in vacuã.

3 Et ad huius confirmationé†accedit, quòd leges argumentãtur de corporalibus ad incorporalia.& econtrà, cùm de ipſis quęrendis & admittédis tractatur:vt patet.ff.de acqui.poſ.l.qui iura. & de reg.iu.l.Seiæ quibuſcunque. Sed lege cauetur, quòd ſi tradidi alicui non procuratori abſentis rem aliquam corporalem perferendam ad ipſum abſentem, non quæritur abſenti dominium, antè, quàm ei detur:licet abſentis contempl

tēplatione tradatur: vt probatur.ff.de acq.rer.do.l.si epistolam. in prin.& de furt.l.eum,qui.§.si epistola.& de do.l.si tibi dederim. ergo & si mādo tibi,quòd absenti soluas,absenti nō quæritur obligatio, & consequenter remanes mihi mandati efficaciter obligatus ratione a defectus tacitę cōditionis,quæ inest:vt dictū est.s.Item,pro hoc facit.ff.de do-
4 nat.l.qui absenti.vbi † dicitur, quòd si dono rē absenti & trado alicui, vt perferat absenti,nō ante sit eius,quàm missam sibi acceperit.Item cōmuniter sentiunt glosatores, quòd si vendo vel dono rē absenti, cuius procurator vel gestor pręsens nō erat,sed posteà,cū relatum est absenti,absens dicat se nolle habere emptū vel donatū,emptio vel donatio nullū effectū habet: vt not.C.de sac.san.ec.l.illud.&.ff.de act.& ob.l.cōsensu. Si ergo & in proposito, cùm ecclesia iusserit absente creditore, ꝙ solueretur creditori per debitorē ecclesiæ confitentē, & iussum recipientē, nullū ius quæri potuit creditori absenti:licet cùm in eius notitia peruenerit,ratū habuerit:ar.ff.de cōfess.l.certum.§.si quis absente.& de inter.act.l.fi. Itē, ad præmissa est prima facie validū ar.ff.de le. iij.l.cùm quis decedēs. §.j.vbi ille, cui testator onus solutionis mandauerat,
5 mādauit † literas ad eum, cui erat solutio facienda,in quibus continebatur se facturum solutionē secundum volūtatem epistolæ missæ:& tamē quia testator mutauit voluntatem, dicta epistola nullum habuit effectū. Multò ergo fortius in quęstione pręmissa scriptura libri rationū,quæ nō fuit à scribēte missa,nullū habet effectū,ecclesia quę fieri solutionē mādauit iussum reuocāte: & ideo nec erit Titius obligatus Sempronio,nec cōtra ecclesiā poterit se tueri. Cōtrà videtur,ꝙ Titius sit Sempronio obligatus, & ecclesia liberata,& ꝙ Titius possit cōtra ecclesiā se tueri.& hoc eo ipso, ꝙ Sempronius ratū habuit a, quod factū erat ab ecclesia debitrice,vi deī ecclesiā liberasse,& Titiū sibi obligasse,& dicta ratihabitio & effect⁹ eius procedit,etiā contradicēte ecclesia,quę iussit pecuniā solui:vt.ff.de neg.gest.l. si ego.Prætereà,cū habeat Sempronius
6 † actionē ex ratihabitione sua, & sic ex facto suo, sequit̄, ꝙ possit ei solui etiā inuita ecclesia:quia mādauit:vt patet.
7 ff.de sol.l.fi.in prin. † Prætereà,cōstitutio obligationis & solutio,paria reputātur,quo ad quędā:& maximè,quo ad illud,de quo in proposito quærit̄:vt.ff. de do.l.hoc iure.§.si qs dederit. cōiuncto primo & vltimo casu.§.&.l.si patro
8 nus.§.de illo.Sed solutione † facta à debitore mādato creditoris, pœnitentia creditoris nō facit resuscitare obligationē per solutionē extinctā:vt.ff.de so. l.quod seruus.&.l.si seruus.&.l.si qs seruo.&.l.cùm qs. § si debitorē.Ergo nec obligationē cōtractā per ratihabitionē extinguit.In.d.q. videt̄.d.Alb. d.Odof. ll.doct.ꝙ.d.Titius sit obligat⁹ Sempronio & ecclesia liberata:& ꝙ Titius possit cōtra ecclesiā se tueri.d.l.si ego.ff.de neg.ge.& ad cōtraria rńderūt. Et ita cōsulo ego Di.de Muxello.I.V.Doct.

Additio.

a ¶ Habuit. An absens possit ratificare, quod in ei⁹ absentia gestū sit:vide Spec. ti.de dila.§.nūc videam⁹.ver.sed pone.

SVMMA CAPITA.

1 Ignorantia tolerabilis est in facto alieno, in proprio non item. nu. 3.
2 Veritas opinioni praefertur. & nu. 10.
4 In dubiis est illud praesumendum, quod de iure licet.
5 In contrahente contemplatione alterius, quid requiratur.
6 Mandatum praecedere, & ratihabitionem sequi, paria sunt.
7 Facto suo non potest quisquam contrauenire.
8 Procurator semel adprobatus, non potest ex poenitentia reuocari.
9 Voluntas sola requiritur in haereditatis aditione.

Consilium. XVIII.



1 IN CHRISTI NOMINE, amē. † Quaestio talis est: Quidam, nomine F. iuit ad partes Angliae: & ibi stando contrahebat & mercantiliter publicè isto modo videlicet Federicus ciuis & mercator lucanus ꝑ se & socijs & societate mercatorum de Luca. &c. Et hoc fecit pluribus annis. Postea dicti socij, qui Lucę erant, pro seipsis, & dicta societate fecerunt dictū F. & aliū, & quelibet eorum insolidum procuratores generales: vt per instrumentum patet, in quo instrumento procuratores asseruerunt dictū F. esse eorum socium, & dictae societatis procuratorem. Post praedictum instrumentum procurae per tres menses. d. F. cōtraxit cum Iacobo pro se, & vice & nomine societatis. &c. Post praedicta iste Iacobus creditor, qui contraxit sic cum do. F. petijt illud debitū à praedictis socijs de societate praedicta, q cōstituerunt illum. F. procuratorem: & petitum fuit à iudice, quòd cogeret notarium, qui illud instrumentum cōfecerat, dare copiam instrumenti domi. Iacobo: quia ad probationem sui crediti faciebat: iste notarius & illi, qui procuratores constituerunt, se opposuerunt dicentes illum Iacobū non debere habere copiam. & sententiatum fuit notarium debere dare copiam. & non obstante oppositione partis aduersae, habita copia, insistit iste Iacobus, & petit sibi reddi creditum suum. Opponi. per partem illorum constituentium, quòd ex contractu praedicto non tenentur, nec sunt obligati: quia domi. F. in contraxendo cum domi. Iaco. nō dicit procuratorio nomine: licet dixerit vice & nomine. &c. Et fortificāt eorum oppositiones, dicentes, quòd domi. F. erat in partibus Angliae, cū Lucae fuit factus procurator: nec adparet: quòd tempore prędicti contractus sciuerit se facturum procuratorem. vnde non videtur, vt procurator contraxisse argu. l. ff. de procura. l. ij. Ibi, & is ratū habuit. &c. & arg. ff. de eo, qui pro tutore. l. quero. & argu. ff. fami. erciscun. l. qui erat. circa fin. ver. & ideo & argu. ff. si certum petatur. l. eius, qui in prouincia. in quibus iuribus dicitur, quòd debet scire conditionem suae personae: & vtrum fuerit procurator, & vtrum fuerit tutor, & vtrum fuerit haeres. Antequàm procedatur vlterius, est opus respondere ad. l. praealleg. quę per partem aduersam prima facie valde probabiliter allegātur: & pertinere videntur

tur

tur ad determinationē quæstionis propositæ. Vnde dico, quòd si rectè consyderentur, non faciunt ad propositum, nisi propter allegantium authoritatē:
1 quia † multum refert, vtrum tractetur de præiudicio illius, qui dicitur ignorasse: quia tūc si nihil sibi imputari potest, ignorantia est probabilis: quæ vera vel præsumpta eum in totum excusat, & ita loquuntur omnes leges præallegatæ. & ff. de administratio. tuto. l. hoc autem. & de proba. l. verius. & de acquiren. hære. l. si is, ad quem. & l. nec. is. §. j. & de tab. l. generali. & qui mili. non po. l. si seruus. an verò tractetur de præiudicio illius, quem constat sciuisse: vel si ignorauit, potest sibi imputa-
2 ri, quòd ignorauerit: quia † tunc non excusatur. imò veritas opin. contraria, opinioni præfertur: etiam si de diminutione bonorum aliquid opinantis contrarium tractetur: vt pater. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. & de manu. vindic. l. si pater. §. quoties. & argumen. institu. de lega. §. si quis rem. & pro emptore. l. ij. §. si sub conditione. & ibi no. Cum ergo in proposito non tractetur de præiudicio procuratoris, qui dicitur ignorasse, sed de præiudicio dominorum, qui procuratorem cōstituisse
3 dicuntur, & quos constat † nō ignorasse: sed sciuisse: quia in facto proprio
a non est tolerabilis ignorantia: [a] vt. l. quāquàm. ad Velleianum. ff. frustra de ignorantia allegatur aliquid. is ergo remotis, ostendi potest prædictum. F. procuratorio nomine contraxisse, & consequenter prædictos constituentes procuratorem efficaciter obligasse. Certum est enim quòd vbicunque gerens officium alterius nomine, in rem, ipsius, cuius officium gerit, se obligat, videtur ratione officij, quod suscepit se obligare, etiam si in forma obligationis de his nihil exprimatur: vt probatur. ff. vt. lc. no. caue. l. fi. & not. in l. post mortem. eodem titulo. §. tutor. In gloss. que incipit: promisit enim tutorio nomine &c. & de nego. gest. l. nō scimus. §. ex contrario. Cum ergo prædictus. F. contraxerit cum predicto Iacobo, vice & nomine societatis: vt per instrumentum debiti manifestè adparet: sequitur quòd videtur procuratorio nomine contraxisse, & predictos cōstituentis procurator obligasse. Pre-
4 tereà, illud † in dubio est presumendum, quòd efficacius de iure licebat: argumen. ff. pro socio. l. merito. & de seruo corrupto. l. fi. quis seruum communem. & de iniur. l. item apud. §. si cōmunem. & de fur. l. qui cum creditor. Cum ergo prędictus. F. cōtraxerit vice & nomine societatis &c. vt in instrumento continetur, pręsumendum est eo iure contraxisse, quo potuerit predictos socios melius & efficacius obligare. quia quotiescūque verba ita proferuntur, quòd trahi possunt ad varios intellectus, ille intellectus adsumi debet in re, de qua agatur, qui pleniorem præbet officium: vt. ff. de rebus dubijs. l. quoties. & l. vbi. & de verborum obligatio. l. quoties in stipulationibus. Sed in quæstione, de qua agitur efficacius valet contractus, si dicatur & præsumatur. F. predictum procuratorio nomine contraxisse pro his, qui eum procuratorem cōstituerunt. & ideo in dubio pręsumendum, quòd procurato-

rio nomine pro constituentibus procura. cōtraxerit. Præterea, in eo, qui
5 † contraxit contemplatione alterius, hoc solum requiri videtur, quòd contraxerit in eam causam, ad quā fuerat positus. & tunc contraxisse videtur creditor contemplatione preponentis: & ideo preponentem efficaciter obligat: vt notari solet. ff. de administratio. tuto. l. tutores, qui post. §. aduersus. & C. quod cum eod. l. ei qui. & si certum petatur l. si in rem. & nota. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. j. Cū ergo adpareat contrahentes cum predicto. F. contraxisse contemplatione illorum, qui eundem procuratorem constituerunt, sequitur, quod ipsi cōstituentes sunt obli-
6 gati. † Præterea, mandatum precedere, & ratihabitionē sequi, paria sunt: vt. ff. de regulis iuris. l. hoc iure. §. j. & C. ad Mace. l. fin. & ff. eod. l. si filius, sed eo casu, quo habitio rati sequitur, constat eum, qui ratum habet, insolidum teneri: vt. ff. quòd cum eo. l. ei, qui. in fi. Cum ergo per instrumentum procuratoris constet de mandato predictorum, qui procuratorem constituerunt, sequitur ꝙ ipsi constituentes insolidū teneantur & insolidum debeant condemnari, secundum formam instrumēti debiti à predicto. F. procuratore cō tracti. Præterea, aliquis non potest
7 † allegare illud nō factū, quod cōstat eum fecisse: vt. ff. de adop. l. post mortē. & de serui. ru. predio. l. per fundū. & de reiuo. do. l. cum confitearis. & l. velles. & de serui. pign. da. l. si creditoribus. & ff. de opti. le. l. si cum optio. Ergo incōueniens est, & iuri absonum, quòd predicti procuratores constituentes, allegent eum, quem constat procuratorem per eos constitutum, procuratorē non
8 esse. † Præterea, constat quòd predicti domini procuratorem constituentes recognouerunt dictum. F. tanquàm procuratorem mandato precedente cō traxisse in contractu, quem constat celebratum fuisse per aliquos dies antè quā esset celebratus contractus, de quo agitur in presenti. Ergo nō videtur admittenda allegatio ipsorum, que modò proponitur in contrarium. quia cum constat quem semel voluisse & dilucidè protestatum fuisse, non potest ex pœnitentia reuocare: vt. ff. de do. l. quidam. & C. de non numera. pecu. l. generaliter. & licet actum fuerit inter quosdam: nihilominus preiudicare debet quo ad omnes: quia per illam recognitionem constat de voluntate mandantium: quæ sola requiritur in constitutione procuratoris: vt institu. de ob. ex consensu. & ff. de actio. & oblig. l. consensu. sicut etiam dici solet in eo, qui se confitetur hæredem ad postulationem vnius. quia licet non sibi præiudicet, quo ad alios ex vigore confessionis: preiudicat tamen ex vigore voluntatis per confessionem declaratæ. que voluntas sola in hæreditatis aditione requiritur: vt. ff. de acquiren. hære. l. cū bonis. & l. gerit pro herede. & notari solet. ff. de interro. ac. l. si preterea. Aut p̄dictus se sciebat procuratorem, cū verè esset. & tunc, quia id, quod in veritate
11 est, firmus, facit † valere contractum, quàm id, quod est in opi. dicendum est, quòd veritas opinioni præferatur, id est tanquàm procurator contraxisse videatur: & ad hoc bonum est argumen. ff. de

ff.de acquiren.hære.l.qui se pupillũ.& l.quod si dubitet.&.l.sed & si.§.de sua. Et ita dico & consulo,ego Dynus,de Muxello.

Additio.

a ¶ Ignorantia. Adde domi. Alexan.de Imol.in.l.peregre in princip.de acquiren.posses.& do.Anto. de But.in.c.ab excommunicato.de rescrip.

SVMMA CAPITA.

1 *Pœnamne incurrat petens reduci ad arbitrium boni viri,id,quod iniustè est pronunciatum,etiam pacto precedente de non reuocando.& nu.5.6.10.*

2 *Pacta non tenent, quæ delinquendi ansam præbent.*

3 *Non fieri vbicunque aliquid promittitur,pœna contrafacienti indicta tacitè videtur agi, quòd pœna committatur.si hincinde obseruentur,quæ de iure seruari debent.*

4 *Patre comittente filium non exhæredare,contrafacienti pœna adiecta,tacitè videtur actũ, quòd pœna non committatur,si iusta fuerit exhæredationis causa.*

7 *Vtilitas publica suadet,vt iniqua arbitramenta per boni viri arbitrium corrigãtur.*

8 *Leges iniquitatem remoueri procurant.*

9 *Arbitri libertas quantuncũque generalis & larga,ad ius commune est reducenda.*

11 *Renuntiatio generalis illud operatur,acsi singula exprimantur, quibus erat nominatim renuntiandum.*

11 *Renuntiatio generalis,& munita clausula generali,num de iure subsistat.*

13 *Dolo futuro si potest renuntiari.*

14 *Ad arbitrium boni viri reductio,est quadam appellationis species.& nu.20.*

15 *Probatio incumbit affirmanti, quod iniquè & illegitimè prolatum.*

16 *Iuris solennitates intrinseca præsumuntur laudo & arbitramẽto potius adesse quã abesse.*

17 *Compromissum, est quadam species transactionis.*

18 *Ratificatio laudi.pacto vallata.interposita ante laudum latum,non impediat reductionem ad arbitrium boni viri.*

19 *Pactum id operatur in iure competituro in futurum.quod in iure iam competenti.*

20 *Factum si fuerit contra promissionem.stipulatus pœnam.potest eam exigere.siue sua interfit,siue non.seruatum esse,quod in promissionem venit & nu.21.*

22 *Verba statuti sint obseruanda.*

Consilium. XIX.



IN CHRISTI NOMINE,amen. Tholomeus manẽtis,ciuis Senensis, de populo sancti Peregrini,emãcipauit Manentuccium,cum haberent discordiam de bonis & rebus,compromiserunt de illa,& omnibus & singulis litibus,quæ inter eos essent,vel esse possent quocũque vel ex quacũque causa,& plenum compromissum fecerunt in fratrẽ Laurentium de ordine eremitarum tanquàm in arbitrum & arbitratorem & amicabilem compositorem,& promisérunt stare eius laudo,& non petere,quod corrigatur,& reducat ad arbitriũ boni viri:nec dicere nullum vel iniquũ,sub certa pœna in cõpromisso contenta:vt cõtinetur in publico instrumẽto facto

verborum significa.l.Paulus.cum si. Si pro non scripta: ergo deficit aliquid de substantialibus instrumenti,& defectus alicuius de substantialibus reddit instrumentum inutile, vt dicto. §. vnde sancimus.& de transf.l.cum hi.§. si prætor.& de re.eorum.l.magis.§.si æs alienum. In contrarium, dicendum est
4 instrumentum † valere. non obstante præmissa varietate.Primò,quia certum est errorem fuisse in tabellione scribente.Quem constat aliter scribere debuisse,quàm scriptum reperiatur.ergo nulli contrahentium debet obesse: vt de re
a gulis iuris.l.si librarius[a].& de hære.insti.l.quoteis.§.sed si maioré.&.C.de testamentis.l. errore. Præterea, vbi de
5 damno vitando agitur, constat † quod error etiam facti proprii non nocet: vt de conditio.& demonstr.l.sed si me præsente.§.cum inter.& de act.empt.l. si tibi librum.& de iur.& fact.igno.l.error.
6 & l.regula.Item,vbi † reperitur error facti & iuris mistus circa idem concurrere,& non de lucro captando agatur,perinde habetur ac si solus error facti interueniret,vt. ff. de do. inter vi.& vxo. l.si sponsus. §. generaliter. & notari solet.ff.pro donato. l. si vir vxori? Item
7 † constat,quod in alieno facto est tollerabilior ignorantia, quàm in proprio, vt pro suo.l.fin.& ad Velle. quanquam
8 ex quibus † omnibus concluditur, quod in proposito agatur de errore ex persona tertii.i.tabellionis,& non alicuius contrahentium,originem habente. Itē cum agatur de damno, siue tabellio errauit in iure, siue in facto, vel mistim, error sit tolerandus, & obesse non debet alicui contrahentium. Præterea,

error computationis,nemini nocet: vt C.de erro.cal.l.prima & argu. de iur.& fact.igno.l.si post diuisionem.&. l. cum falsa.&.l.error.&.l.si non transactionis & l.cum testamentum.&. l. non idcirco.Cùm ergo notarius in computatione incarnationis Dominicæ errauerit, sequitur quod eius error præiudicare
9 non debeat.† Præterea,certum sit errorem scribentis obesse non debere. vt dictum est & apertè patet de errore aduoca.l.secunda & argu.de hæredi insti.l.his verbis.§.fi.Quare in his, quæ non
10 solent † à partibus exprimi: sed à tabellione,vt est annus Dominicæ incarnationis,& indictio, & similia.non est verisimile verba & partibus fuisse expressa,sed à tabellione,quia lex præsu-
11 mit illud † factum fuisse, quod ex consuetudine fieri solet:& arg. ff.de quæst.l.de mino.§.tormenta.&.C.loca.l.circa locationes.& de ædil.edict.l.quod si nolit.§.qui assidua.& de lega.j. l. si seruus plurium.§.fi. & de leg.iij.l. nūmis. & l. prediis.eo.tit.&.§.balneas.&.§.fin.& de fun.instru.l.sene.§.temperane.& l.cum
12 de lanionis.§.primo.Si ergo † præsumitur à tabellione prolata, sequitur quod errauit tabellio: & si sequitur tabellionem errasse,consequenter sequitur errorem illum obesse non debere, vt dictum est. Præterea, constat quod va-
13 riatio quæ est circa † illud quod est de substantialibus,nō reddit inutilem rem de qua agitur: licet obmissio inutilem redderet, vt patet, quod si hæredis vel legatarii nomen obmittitur, & aliud signum æquipollens dispositio est nulla: & tamen si exprimitur,& in expressione erratur,dispositio valet, vt de hæredi.

di.insti.l.quoties.in prin.&.§.si quis nomen.&.§.hæredes.&.l.si his verbis. §. si in patre.& insti.de leg.l.si fortidianum. & de testamentis. l. si in nomine. & de verborum obligatio.si in nomine.Licet
14 ergo† fortè obmissio annorum domini vel iudictionis instrumentum vitiaret: tamen expressio errorem habens anne-
15 xum vitiare non debet.† Prætereà,lege cauetur,quod quædam sunt substantialia leuia,& illorum obmissio,non vitiaret rem,de qua agitur:quædam sunt substantialia & non leuia, & illorum obmissio vitiaret rem, de qua agitur, quædam sunt non substantialia & non leuia, & illorum obmissio non vitiat: vt.ff.de ven.inspi.l.prima.§.fina. Cum
16 ergo per verba contractus † constet de personis contrahentium & de re in contractum deducta,& de causa contractus cætera quæ adponi solent,videntur esse substantialia leuia, ergo instrumentorum per illorum obmissionem vitiari non debet,cum ista sola[a], scilicet persona,res, & causa contractum perficiat.
17 Prætereà† error in dubio potius debet præsumi circa ea,quæ communiter sunt incognita apud maiorem potestate,quod patet: quia circa ea, quæ sunt publicè nota, in ignorante præsumitur esse lata culpa, quæ dolo æquipollet, vt.ff.de verborum significatione.l. cedere.§. fina. &. l.latæ.& lege magna.& de institu.l.sed & si pupillus.§. proscribere.In aliis verò, quæ sunt magis incognita,ignorantia tolleratur, vt dicto §. proscribere.& de decretis ab ordine faciendis.l.final. Sed anni Dominicæ, incarnationis,sunt publicè noti. Ergo ex quo dici oportet errorem tabellio-
18 nis fuisse,dicendum † est quod præsumantur circa indictionem,quæ est communiter magis incognita: ergo præsumpto errore pôt facilè corrigi: quia plus valere deberet, quod vere scribi debuit,quam quod scriptum reperitur, vt,ff.de statu hominum.l.imperator. & de officio præsidis.l.illicitas. §.veritas. &.C.plus valere quod agitur. l. prima per totum. & de libera. & in. l. nec obmissa. Et ita dico & consulo, ego Din. de Muxello.

Additio.

a ¶ In.l.si librarius.Et ibidem ad hoc vide domi.Alexand.de Imo. & adde Bal. in prima constitut.C,§.excepto.& Barto.in lege nominatum.ff.de conditio.& demonst.& omnino.Felin.in c.inter dilectos.de fide.instrumen. in versicu. in gloss.in ver.indictionis,vbi allegat hoc consilium. domi.Din.cum quampluririmis aliis, concordantiis, quas ibi vide.

SVMMA CAPITA.

1 *Scriptura priuata plenè probat in præiudicium scribentis.*
2 *Dominum transfertur traditione rei,quæ erat penes venditorem.*
3 *Dare,est accipientis facere.*
4 *Confessione contraria an liceat, cuiquam reuocare id, quod clara voce est protestatus.*
5 *Confessionibus diuersis vnius personæ non est standum.*
6 *Fieri quid non legitimè,vel omnino non fieri,paria sunt.*
7 *Instrumentum carens indictione, inutile est.*

Consi

Consilium XIIII.



IN CHRISTI NOmine,amen.Quidam nomine Nutius cornabili de populo sanctorũ apostolorum ciuitatis Florentiæ primò vendidit Lippo.lxvj. butesellas olei,& confessus fuit solutionẽ prætii recepisse ab eodem Lippo, prout continetur in libello rationũ ipsius Nutii seu contineri dicitur. Secundo loco prędictus Nutius in M.cc.xcv.indictione nona,die octaua mensis Nouẽbris,prout in instrumento ipsius confessionis continetur,confessus fuit,& manifestè asseruit,ꝙ dedit & tradidit Lippo. bonamici pro Salui arrigeti.xvj.vegetes olei.Tertio verò loco cõfessus fuit in M.cc.xlv.indictione octaua,die.xiij. mensis Nouembris, ꝙ vendidit prædicto Lippo bonamici.xlvj. butisellas olei,& ꝙ de dictis butisellis integram prætii solutionem accepit à dicto Lippo. Modò quæritur,ex prædictis, qs prædictorum magis sufficienter probauerit de dominio olei suprà dicti:i.vtrũ prędictus Lippus bonamici,vel prædictus Saluius quondam Arrigeti? Et ꝙ prædictus Lippus plenè probauerit, & prædictus Saluius nullo modo de iure
1 satis sufficiẽter videtur probari. †Primò,quia constat quòd scriptura priuata plenè probat[a] in præiudicium scribentis:vt.ff.depo.l.publi.§.Iulius.& de procura.l.si procur.& rem ratam ha.l. ne satisdatio.per quod patet quòd plenè probatum est:quare prædictæ. xlvj. butesellæ olei verè fuerunt venditæ di
2 cto Lippo.Item,traditæ & per † traditionem in eum translatum dominium, si erat penes venditorem. Nam in scriptura continetur:dedit,& vendidit &c.per quæ verba apparet dominium
3 translatum esse in prædictum † Lippũ, cùm dare,sit accipientis facere:vt insti. de act.§.sic namque.&.ff.de contrahen. empt.l.ita.& de verbo.oblig.vbi autem §.fi.& de regu.iu.l.non videntur data. & magis præsumendum est, quòd suo nomine fecerit,quàm alieno:vt. ff. de so.& magis.& ideò dominium est sibi acquisitum,non autem alii ministerio eius. Prætereà,non potuit dictus Nutius in præiudicium dicti Lippi confi-
4 tendo†aliquid immutare,vt in regula iuris:nemo potest.& cùm priori scripturæ confessioni stari oporteat,cùm nõ potuerit,quòd dilucida voce protestatus erat,contraria confessione reuocare:vt extrà de proba.per tuas.&.C.de non nu.pe.l.generaliter.cum multis simili. Pretereà,duę sunt confessiones
5 † eiusdem personę & contrariæ: ergo nulli standum,cum nulla procedit in pręiudicium sui simpliciter,sed ad dãnum & commodum aliorum:& si nulli statur:remanet efficax scriptura prima:vt.xxxvij.dist.si quid.&.xlv.di. qui sincera. Præterea,instrumentum cõfessionis,quòd inducitur contra lippũ, non habet indictionem legitimè positam:si quis rectè aduertat. & iò heberi debei pro non apposita. Nam quid non fieri, vel non legitimè fieri, paria sudt:vt.ff.de pe.l.ij.& de re iudi.l.iiij. §,condemnatum. & de bonorum pos. contrata.l.non putauit.§.non quęuis. &.x.di.c.vides.&. xxv.di.ij. imperialis
7 sed si in † instrumento non apponitur indi

indictio constat instrumentum inutile esse: quia indictio est de substátialibus
b instrumenti b: quorum obmissio vitiat instrumentum: vt in authen. vt prę po. no Impera. circa prin. & ibi no. & in summa de instrumen. cau. & fid. ergo & si non legitimè apponatur, pro non apposita debet haberi. Quare consilio mei Din. de Mucello, in prædictis est, quòd dictus Lippus plenè probauerit, & dictus Saluius insufficienter, & non ad plenum: maximè cùm indictio scripta in confessione facta in fauorem Saluii, non legitimè fuerit apposita. Et ita dico & consulo ego Din. de Mucello.

Additio.

a ¶ Probat. Et an & quando, & cui adhibetur fides: vide tu do. Soci. in consilio. sexagesimotertio incipi. in præsenti cō sultatione. versicul. præterea clarè. in prima parte vbi etiam quid de scripturis priuatis & libris rationum hæbræorum mutuantium sub vsuris.

b ¶ Instrumenti. Quomodò autem intelligatur esse de substantia instrumenti: vide do. Alexand. de Imol. in consilio. sexagesimosexto prima parte. Sed nunquid falsa vitiat? dic quòd non: vt in cō silio præcedenti, cum concor. ibi adpositis in apostillis. & adde eum. Din. infrà in consil. xlviij.

SVMMA CAPITA.

1 *Ius agendi sine cessione non quæritur nobis per liberam personam. iuri nostro non subiectam,*

2 *Hæredes possunt habere ratum gestum, nomine defuncti: nisi tale ius, de quo agitur, quod non soleat ad hæredes transmitti.*

3 *Ius domino quæritur per negotiorū gestorem ratihabitione sequuta.* Et nu. 4.

5 *Ex confessione facta reo, procuratore præsente, quæritur domino actio personalis sine aliqua cessione.*

Consilium XV.



IN CHRISTI NOmine, amen. Quæstio talis est: Quidam confessus fuit se habere in feudum res certas, præsente quodam recipiente pro se & quibusdam: quorum erat cō sors & se dicebat negotiorum gestorem vt apparet. Modò dubitabatur, nunquid ex dicta confessione consortes, qui non fuerunt præsentes, & nomine quorum recepta fuit confessio, possint agere vel hæredes dictorum consortum, & competat eis ius agendi ex confessione prædicta, nomine ipsorum, sinè aliqua cessione facta. Et quod non competat ius, videtur: quia per liberam personā
1 † iuri nostro non subiectam, non quæritur nobis agēdi sine ius cessione. ff. de acqui. pos. l. possessio. §. & si possessio. & de regulis iuris leg. quæ tutela. §. fina. & de verbo. obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. & l. si ita stipulor. §. Crisogonus. & C. per quas personas no. acqui. l. prima. Si enim non quæritur sine cessione per eum, quem constat habere mandatum, multò minus quæretur per negotiorum gestorem, qui non habet mandatum. Mihi antè Dy. de Mucel. videtur, quod ius agendi acquiratur prædictis consortibus & eorum hæredibus

bus ratam confessionem habere volentibus, etiam sine aliqua cessione. Con-
2 stat.enim † quod hæredes possunt habere ratum, quod gestum est nomine defuncti: nec esset tale ius, de quo ageretur, quod non solet in hęredes transmitti: vt.ff.rem ra.ha.l.si fine.§.si procuratori.&.l.si is,cui.&.l.bonorum. Item,
3 constat, quod sicut quæritur † procuratorem mandato præcedente: ita quæritur per negotiorum gestorem ratihitio
a ne sequente [a]: quia mandato assimilatur: vt de regula.iur.l. hoc iur.§. deiecit.certum est ante, quod per traditio-
4 nem † vel quasi factam procuratori quæritur domino ipso iure sine aliqua cessione dominium, & consequenter ius agendi ratione dominij: vt.ff.de acqui.re. do.l. si procurator.&.l.edito.§. fin.&.l.per seruum.§.fi.& de acqui.pos. l.j.§.per procuratorem.ergo & ipso iure quæretur per negotiorum gestorem ratihabitione sequuta, sine aliqua cessione: vt dici solet.ff. de neg. ges.l.si ego.& de acqui.pos.l.communis.§. procurator. Sed confessio prædicta, quòd habebat & tenebat in feudum, habere loco traditionis: ar.C.de do.l.quisquis. & de acqui.pos.§.interdum [l]in prin.&. §.fi.&.l,qui bona fide.ergo acquisitum est dominium consortibus vel consortum hæredibus, & consequenter ius agendi ratione dominij sine aliqua ces-
5 sione. † Præterea, constat, quod ex confessione facta reo, procuratore postate, quæritur domino actio personali sine aliqua cessione: vt.ff. de confes.l. certum.§.certè.& iō, quia magis ex facto confitentis, videtur quæri ius agendi quam ex facto procuratoris confessionem recipientis: sicut aliâs patet euidenter in simili: vt.ff.de vsuris.l.si quis solutioni.§.mora.& de procu.l.per procu.& quod vi aut clā.l.iij.in princ. Ergo & quæri debet sine cessione per negotiorum gestorem, ratihabitione secuta. Et iō concludendo dico, quòd cùm ex dicta confessione sit declaratum dominium pertinere ad eos, in quorum fauorem fuit exposita, quod eis competeret ius agendi ratione dominij.act.in rem. Item cùm per eandem confessionem sit declaratum rem feudalem esse, quod quæsitum sit etiam ius agendi actione personali.id est, condictione ex moribus.& hoc sine aliqua cessione, rationibus supra dictis. Et ita dico & consulo, ego Dy.in.

Additio.

a ¶ Sequente. Vide fin.Pau.de cast.in.cō si.lxxxiij.incipi.In causa siluestri.&c.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Fideiussores non obligantur vltrà, quā promiserint.*
2 *Fideiussores obligantur per stipulationem tantùm.*
3 *In stipulationibus spectanda sunt verba, ex quibus oritur obligatio.*
4 *Liberationis actus, fauorabilior est, quàm obligationis.*
5 *Fideiussorum promissio vbi est incerta, qualis sit facienda interpretatio.*
6 *Nepotes qui dicantur iure ciuili.*
7 *Statuti formam non licet egredi.*
8 *Lex in vno mandans, in cæteris videtur prohibere.*
9 *Argumentum à cōtrario legis sumptū, est lex.*

Consi

Consilium. XVI.


N CHRISTI NOMINE, amen. Diligenter cō siderata & inspecta forma ordinamenti & statuti sacrati communis Pistorij.quod incipit: vt lupi rapacitas &c.Et inspecta promissione facta per ser Moscā stimati,procuratorem Fredi de cancellarijs,dici potest,quòd dominus Lazarus domini Rustichelli,& dominus Bonacursius de forte brachus fideiussores prædicti Fredi,quorum quilibet damnatus fuit in mille libris communi Pistorij,& soluerunt, de iure,nō possunt nec debeant compelli ad soluēdum condemnationem trium milium librarum factam de Fredo prædicto:&
1 hoc iō,quia fideiussores non obligantur in maiorem quantitatem, quàm in eorum promissione contineatur.vt.ff. qui satisdare cogā.l.ij.§.fi.& de fideiuss. l.fideiussores,& in partem.& no.ff. loca.l.quæro.Item † patet,quia fideiusso-
2 res obligantur per stipulationem tantùm:vt.ff.de verb.oblig.l.j.§.verbis. & l.stipulationum.§.satis acceptio.& . C. de fideiuss.l.blanditus.& no.ff. manda. l.si verò nor.§.si post creditam. effectus autem stipulationis nunquam extenditur vltra illud,quod continentur in verbis in stipulatione expressis. vt. ff. de damno infecto. leg.damni. §.si is, qui. & de verborum obligationib.leg. quicquid adstringendæ.Sed in promissione prædictorum fideiussorum nunquā continetur in aliqua parte sui,quòd se obligauerit ad aliquam condemnationem soluendam:& ideo inconueniens videtur dicere,quòd fideiussores ad solutionem condemnationis compelli possint.Nam si verba promissionis inspiciantur, in nullo capitulo promissionis continetur,quod principalis vel fideiussor promiserit soluere aliquam condemnationem factam vel faciendam.Sed promiserat certa capitula obseruare & si illa nō seruaret promiserat pœnā. Vñ plusquā absurdū est dicere ex quo certa pœna est adiecta promissioni,q̄ extrinsecus intelligatur facta promissio condemnationis soluendæ:
3 semper enim in † stipulationibus inspicienda sunt verba,ex quibus oritur
a obligatio [a] & executio stipulationis facienda in eo, quòd verba comprehendunt:quia illud verisimile est contrahentes sensisse,& vltrà non extendēda:vt.ff.de verborum significatio. leg. nepos in verbo.Proculus.& de verborū. obligationib.leg.si ita stipula.§.Crisogonus:circa finem, & de contrahend. emptio.leg.in lege.vbi verba generalissima fuerunt,& tamen restringuntur ad id,ad quòd actum fuit,& non extenduntur ad illud,quod actum non fuit. & ad idem de pign.leg.fideiussor.§. Lu-
4 cius. cum si. † Præterea constat, quòd actus liberationis fauorabilior est & magis extensiuus, quàm obligatorius,vt colligitur ex cōiunctione duarum legum:videlicet.ff.de pac.l.si vnus §.pactus.& de solu.leg.Stichum.§. naturalis.& ibi not.& in leg. Arrianus Valet enim argumentum coniunctione legum.l.gallus.§.final.ff.de lib.& post. Sed constat,quòd pactū liberatoriū nō extenditur ad ea,de quibus actum nō apparet.vt. ff. de pactis leg. tres fratres

patribus, filiis, & fratribus, & nepotibus tam legitimis, quàm naturalibus. & de spurijs nihil dicit. qui ergo in spurijs formam promissionis adiecit, videtur egressus formam ordinamenti sanciti: & iō quantum ad spurios non videtur tenere promissio, & perpereà non de-
8 bet teneri dictus Chellus. †Prætereà, quādo lex in quibusdam mandat, videtur in cæteris prohibere. ar. C. de procu. l. maritus. & ff. de iudi. l. ea prætor. & de cōdi. & demonstra. l. cum ita. per quòd apparet, & ponendo de naturalibus, videtur de spurijs prohibitum: & iō in ea perte promissio contra legem. & properea inuitilis principalis & fideiussoria: vt in. l. cùm lex. & l.
9 non dubium. † Præterea, ar. à contrario sensu legis sumptum, lex est: vt. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. ergo lex est pro his, qui non sunt legitimi vel naturales: vt in authen. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. si quidem, ergo nō potest dici, quòd spurij teneantur. Itē constat, quòd spurius nullam coniunctionem vel cognitionem habere videtur ex parte patris: vt. d. §. fi. & ff. vndè cog. l. si spurius. & iō superuacuum videtur quærere, an coniuncti per patrē teneantur pro eo. Et ita dico & consulo, ego Dy.

Additio.

a ¶Obligatio. Facit dictum. do. Soci. in consil. xlvij. incip. in primo præsentis consultationis. in prima parte. quòd obligatus ex contractu, ad consyderandum, ad quid, qualiter & inquantum, quis. sic ipsius verba consyderanda sunt.

b ¶Id est ex filio. Tu ad huius articuli decisionem, & ad saturitatem vide omnino Feli. in. c. per tuas. de probatio. versicu. prima conclu. & quod ibi dixi in aposti..

SVMMA CAPITA.

1 ☞Scribens in libro rationum suarum se debere Titio centum, ipso Titio absente, non ex eo obligatur. & nu. 5.

2 *Obligationibus duabus stantibus, prima tollitur, si secunda effectum sortiatur: & econtrà.*

3 *Leges argumentantur de corporalibus ad incorporalia.*

4 *Emptio vel donatio facta absenti, qui renuat, non valet.*

6 *Mandatum mandantem obligat.*

7 *Constitutio oblationis, & solutio, paria sunt.*

8 *Solutione facta à debitore, mandato creditoris, pœnitentia creditoris, non facit resuscitare obligationem per solutionem extinctam.*

Consilium XVII.



IN CHRISTI NOmine, Amen. Thema tale est: Quædam ecclesia habebat Titium debitorem, penes quæ deposuerat mille marchas argenti, habebat eadem ecclesia Sempronium creditorem, cui tenebatur ad duo millia: vocauit ecclesia Titium debitorē suum. Et dixit ei: tu es debitor meus in mille marchis: quod confessus est Titius. Deinde dixit ecclesia siue prælatus eius, ego iubeo tibi, quòd illa mille, quæ mihi debes, soluas Sempronio creditori meo: qui Titius acceptauit iussum,

sum,& in libro rationum suarum scripsit se debere mille Sempronio, cui iussus erat soluere: & hæc omnia acta sunt absente dicto Sempronio.tandem hic ad notitiam dicti Sempronii peruenerunt: qui talem epistolam misit: Titio Sempronius Salutem. Cùm audiuerim de vniuersa summa pecuniæ, quæ mihi à tali ecclesia debebatur penes te esse mille marchas, placet mihi, & mando tibi,quòd si qua pecunia mihi solui adsignari mandabatur, vel iam mandatum fuit, de cui largitate confidens apud te libera & integra remaneat. Quam literam Titius suscepit. post hæc pœnitet ecclesiam iussus facti Titio:& vult pecuniam suam petere. dicit Titius quod non potest: quia iam obligatus est alteri,& de sui mandato. Modò, quæritur, an possit Titius contra ecclesiam se tueri? Et quòd Titius non sit obligatus Sempronio,& quòd non possit se tueri contra ecclesiam,videtur de iure probari:quia lege
1 cauetur, quòd si aliquis † scribat in libro rationum suarum se debere Titio centum, ipso Titio absente, non obligatur ex dicta scriptura, etiam si Titius, in cuius fauorem scriptum erat, habeat ratum:vt probatur.ff.de pecul. l.non solum. §.an debitor. & de peculio.l.si peculium.§.pen.& de do.l.nuda ratio.per quod Titius supra dictus, nō est obligatus Sempronio: licet Sempronius ratum habuerit, & per transmissionem literarum ratihabitionem declarauit.Item, non potest contra ecclesiā se tueri, cùm iussus reuocatio interuenerit re integra.i.ante solutionē Sempronio factam,& ipso Titio debitore sciente.ar.ff.man.l.inter causas.§. si quis debitori.& de do.l.hoc iure. §.si quis dederit.& de so.l.si quis seruo.&.l. si seruus.&.l.cùm quis. §.si debitorem.

2 Præterea, ex forma quæstionis adparet quòd Titius † non erat interpositus à Sempronio creditore:sed ab ecclesia debitrice. & ideo per factum eius nihil potuit dominii vel quasi iure obligationis quæri Sempronio creditori: vt de do.inter vir.& vxor.l.sed interim. aliâs, si inter.§.quod Marcellus.&.§.si vxor.&.l.si sponsus.in prin.Si ergo nihil quæritur Sempronio creditori consequēter, nihil diminuitur de iure pertinente ad ecclesiam, quæ mandauit: quasi sub cōditione videtur ab ecclesia liberari.s.si ius obligationis quæratur Sempronio,cui ecclesia solui iussit: sicut cùm debitum purum animo nouandi quis stipulatur sub conditione, nam ita demum tollitur obligatio prima,si in secunda effectum habeat: ita, quòd secunda effectum proprium non habente,remanet prima:vt insti.quib. mo.tol.obli. §.quod autem diximus.& ff.de noua.l.nouatio.&.l.si Stichus.§.legata.&.l.quoties.& de vi & vi ar.l.cum fundi.& de acqui.pos.l.si me in vacuā.

3 Et ad huius confirmationē † accedit, quòd leges argumentātur de corporalibus ad incorporalia.& econtrà, cùm de ipsis quęrendis & admittēdis tractatur:vt patet.ff.de acqui.pos.l.qui iura. & de reg.iu.l.Seiæ quibuscunque. Sed lege cauetur, quòd si tradidi alicui non procuratori absentis rem aliquam corporalem perferendam ad ipsum absentem, non quæritur absenti dominium, antè, quàm ei detur:licet absentis contempl

teplatione tradatur: vt probatur.ff.de acq.rer.do.l.si epistolam. in prin.& de furt.l.eum,qui.§.si epistola.& de do.l.si tibi dederim. ergo & si mādo tibi,quòd absenti soluas,absenti nō quæritur obligatio, & consequenter remanes mihi mandati efficaciter obligatus ratione a defectus tacitę cōditionis,quæ inest: vt dictū est.s.Item,pro hoc facit.ff.de do-
4 nat.l.qui absenti.vbi † dicitur, quòd si dono rē absenti & trado alicui, vt perferat absenti,nō ante sit eius,quàm missam sibi acceperit.Item cōmuniter sentiunt glosatores, quòd si vendo vel dono rē absenti, cuius procurator vel gestor pręsens nō erat,sed posteà,cū relatum est absenti,absens dicat se nolle habere emptū vel donatū,emptio vel donatio nullū effectū habet: vt not.C.de sac.san.ec.l.illud.&.ff.de act.& ob.l.cōsensu. Si ergo & in proposito, cùm ecclesia iusserit absente creditore, ꝙ solueretur creditori per debitorē ecclesiæ confitentē, & iussum recipientē, nullū ius quæri potuit creditori absenti:licet cùm in eius notitia peruenerit,ratū habuerit:ar.ff.de cōfes.l.certum.§.si quis absente.& de inter.act.l.fi. Itē, ad præmissa est prima facie validū ar.ff.de le. iij.l.cùm quis decedēs. §.j.vbi ille, cui testator onus solutionis mandauerat,
5 mādauit † literas ad eum, cui erat solutio facienda,in quibus continebatur se facturum solutionē secundum volūtatem epistolæ missæ:& tamē quia testator mutauit voluntatem, dicta epistola nullum habuit effectū. Multò ergo fortius in quęstione pręmissa scriptura libri rationū,quæ nō fuit à scribēte missa,nullū habet effectū,ecclesia quę fieri solutionē mādauit iussum reuocāte: & ideo nec erit Titius obligatus Sempronio,nec cōtra ecclesiā poterit se tueri. Cōtrà videtur,ꝙ Titius sit Sempronio obligatus, & ecclesia liberata,& ꝙ Titius possit cōtra ecclesiā se tueri.& hoc
a eo ipso, ꝙ Sempronius ratū habuit[a], quod factū erat ab ecclesia debitrice,videt ecclesiā liberasse,& Titiū sibi obligasse,& dicta ratihabitio & effect⁹ eius procedit,etiā contradicēte ecclesia,quę iussit pecuniā solui: vt.ff.de neg.gest.l. si ego.Præterea,cū habeat Sempronius
6 † actionē ex ratihabitione sua, & sic ex facto suo, sequit, ꝙ possit ei solui etiā inuita ecclesia:quia mādauit:vt patet.
7 ff.de sol.l.fi.in prin. † Præterea,cōstitutio obligationis & solutio,paria reputātur,quo ad quędā:& maximè,quo ad illud,de quo in proposito quærit: vt.ff. de do.l.hoc iure.§.si qs dederit. cōiuncto primo & vltimo casu.§.&.l.si patro
8 nus.§.de illo.Sed solutione † facta à debitore mādato creditoris, pœnitentia creditoris nō facit resuscitare obligationē per solutionē extinctā: vt.ff.de so. l.quod seruus.&.l.si seruus.&.l.si qs ser uo.&.l.cùm qs. § si debitorē.Ergo nec obligationē cōtractā per ratihabitionē extinguit.In.d.q.videt.d.Alb. d.Odof. ll.doct.ꝙ.d.Titius sit obligat⁹ Sempronio & ecclesia liberata:& ꝙ Titius possit cōtra ecclesiā se tueri.d.l.si ego.ff.de neg.ge.& ad cōtraria rñderūt. Et ita cōsulo ego Di.de Muxello.I.V.Doct.

Additio.

a ¶ Habuit. An absens possit ratificare, quod in ei⁹ absentia gestū sit: vide Spec. ti.de dila.§.nūc videam⁹.ver.sed pone.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Ignorantia tolerabilis est in facto alieno in proprio non item.nu.3.*
2 *Veritas opinioni praefertur.& nu.10.*
4 *In dubiis est illud praesumendum,quod de iure licet.*
5 *In contrahente contemplatione alterius,quid requiratur.*
6 *Mandatum praecedere,& ratihabitionem sequi,paria sunt.*
7 *Facto suo non potest quisquam contrauenire.*
8 *Procurator semel adprobatus, non potest ex poenitentia reuocari.*
9 *Voluntas sola requiritur in hereditatis aditione.*

Consilium. XVIII.

1 
N CHRISTI NOMIne,amē.† Questio talis est:Quidam,nomine F. iuit ad partes Angliæ: & ibi stando contrahebat & mercantiliter publicè istomodo videlicet Federicus ciuis & mercator lucanus ꝑ se & socijs & societate mercatorum de Luca.&c.Et hoc fecit pluribus annis.Posteà dicti socij,qui Lucę erant,pro seipsis,& dicta societate fecerunt dictũ F.& aliũ,& quelibet eorum insolidum procuratores generales: vt per instrumentum patet,in quo instrumento procuratores asseruerunt dictũ F.esse eorum socium,& dictæ societatis procuratorem.Post prædictum instrumentum procuræ per tres menses. d.F.cōtraxit cum Iacobo pro se,& vice & nomine societatis.&c.Post prędicta iste Iacobus creditor,qui contraxit sic cum do.F.petijt illud debitũ à prædictis socijs de societate prædicta,q cō stituerunt illum . F. procuratorem:& petitum fuit à iudice , quòd cogeret notarium,qui illud instrumentum cōfecerat,dare copiam instrumenti domi. Iacobo:quia ad probationem sui crediti faciebat: iste notarius & illi, qui procuratores constituerunt,se opposuerunt dicentes illum Iacobũ non debere habere copiam.& sententiatum fuit notarium debere dare copiam. & non obstante oppositione partis aduersæ.habita copia,insistit iste Iacobus, & petit sibi reddi creditum suum.Opponi.per partem illorum constituentium,quòd ex contractu predicto non tenentur,nec sunt obligati:quia domi. F.in contraxendo cum domi.Iaco.nō dicit procuratorio nomine:licet dixerit vice & nomine.&c.Et fortificāt eorum oppositiones,dicentes, quòd domi.F.erat in partibus Angliæ,cũ Lucæ fuit factus procurator:nec adparet: quòd tempore prędicti contractus sciuerit se facturum procuratorem.vnde non videtur,vt procurator contraxisse argu.l.ff.de procura.l.ij.Ibi,& is ratũ habuit.&c.& arg.ff.de eo,qui pro tutore.l.quero.& argu. ff.fami. ercifcun.l. qui erat.circa fin.ver.& ideo & argu. ff.si certum petatur.l.eius,qui in prouincia.in quibus iuribus dicitur,quòd debet scire conditionem suæ personæ: & vtrum fuerit procurator, & vtrum fuerit tutor,& vtrum fuerit hæres.Antequàm procedatur vlterius, est opus respondere ad.l.præalleg.quę per partem aduersam prima facie valde probabiliter allegatur:& pertinere videntur

tur ad determinationẽ quæstionis propositæ. Vnde dico, quòd si rectè consyderentur, non faciunt ad propositum, nisi propter allegantium authoritatẽ:
1 quia † multum refert, vtrum tractetur de præiudicio illius, qui dicitur ignorasse: quia tũc si nihil sibi imputari potest, ignorantia est probabilis: quæ vera vel præsumpta eum in totum excusat, & ita loquuntur omnes leges præallegatæ. &. ff. de administratio. tuto. l. hoc autem. & de proba. l. verius. & de acquiren. hære. l. si is, ad quem. & l. nec is. §. j. & de tab. l. generali. & qui mili. non po. l. si seruus. an verò tractetur de præiudicio illius, quem constat sciuisse: vel si ignorauit, potest sibi imputa-
2 ri, quòd ignorauerit: quia † tunc non excusatur. imò veritas opin. contraria, opinioni præfertur: etiam si de diminutione bonorum aliquid opinantis contrarium tractetur: vt patet. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. & de manu. vindic. l. si pater. §. quoties. & argumen. institu. de lega. §. si quis rem. & pro emptore. l. ij. §. si sub conditione. & ibi. no. Cum ergo in proposito non tractetur de præiudicio procuratoris, qui dicitur ignorasse, sed de præiudicio dominorum, qui procuratorem cõstituisse
3 se dicuntur, & quos constat † nõ ignorasse: sed sciuisse: quia in facto proprio
a non est tolerabilis ignorantia: [a] vt. l. quãquàm. ad Velleianum. ff. frustra de ignorantia allegatur aliquid. is ergo remotis, ostendi potest, prædictum. F. procuratorio nomine contraxisse, & consequenter prædictos constituentes procuratorem efficaciter obligasse. Certum est enim quòd vbicunque gerens officium alterius nomine, in rem, ipsius, cuius officium gerit, se obligat, videtur ratione officij, quod suscepit se obligare, etiam si in forma obligationis de his nihil exprimatur: vt probatur. ff. vt. le. no. caue. l. fi. & not. in l. post mortem. eodem titulo. §. tutor. In gloss. quę incipit: promisit enim tutorio nomine &c. & de nego. gest. l. nõ scimus. §. ex contrario. Cum ergo prædictus. F. contraxerit cum prędicto Iacobo, vice & nomine societatis: vt per instrumentum debiti manifestè adparet: sequitur quòd videtur procuratorio nomine contraxisse, & prędictos cõstituentis procurator obligasse. Pręterea, illud † in dubio est presumen- 4
dum, quòd efficacius de iure licebat: argumen. ff. pro socio. l. merito. & de seruo corrupto. l. fi. quis seruum communem. & de iniur. l. item apud. §. si cõmunem. & de fur. l. qui cum creditor. Cum ergo prędictus. F. cõtraxerit vice & nomine societatis &c. vt in instrumento continetur, pręsumendum est eo iure contraxisse, quo potuerit predictos socios melius & efficacius obligare. quia quotiescũque verba ita proferuntur, quòd trahi possunt ad varios intellectus, ille intellectus adsumi debet in re, de qua agatur, qui pleniorem præbet officium: vt. ff. de rebus dubijs. l. quoties. & l. vbi. & de verborum obligatio. l. quoties in stipulationibus. Sed in quæstione, de qua agitur efficacius valet contractus, si dicatur & præsumatur. F. predictum procuratorio nomine contraxisse pro his, qui eum procuratorem cõstituerunt. & ideo in dubio pręsumendum, quòd procurato-

rio nomine pro constituentibus procura.cõtraxerit. Præterea, in eo, qui
5 † contraxit contemplatione alterius, hoc solum requiri videtur, quòd contraxerit in eam causam, ad quã fuerat positus.& tunc contraxisse videtur creditor contemplatione preponentis: & ideo preponentem efficaciter obligat: vt notari solet.ff.de administratio. tuto.l.tutores, qui post.§.aduersus.&.C. quod cum eod.l.ei qui.&.si certum petatur.l.si in rem.& nota.ff.de nego.gest.l.si pupilli.§.j. Cũ ergo adpareat contrahentes cum predicto.F.contraxisse contemplatione illorum, qui eundem procuratorem constituerunt, sequitur, quod ipsi cõstituentes sunt obli
6 gati. † Præterea, mandatum præcedere,& ratihabitioné sequi, paria sunt: vt.ff.de regulis iuris.l.in hoc iure.§.j.& C.ad Mace.l.fin.&.ff.eod.l.si filius, sed eo casu, quo habitio rati sequitur, constat eum, qui ratum habet, insolidum teneri: vt.ff.quòd cum eo.l.ei, qui.in fi. Cum ergo per instrumentum procuratoris constet de mandato predictorum, qui procuratorem constituerunt, sequitur ꝙ ipsi constituentes insolidũ teneantur & insolidum debeant condemnari, secundum formam instrumẽti debiti à predicto.F.procuratore cõtracti. Præterea, aliquis non potest
7 † allegare illud nõ factũ, quod cõstat eum fecisse: vt.ff.de adop.l.post mortẽ.& de serui.ru.predio.l.per fundũ.& de reiuo.do.l.cum confitearis.&.l.velles.& de serui.pign.da.l.si creditoribus.& ff.de opti.le.l.si cum optio.Ergo incõueniens est,& iuri absonum, quòd prędicti procuratores constituentes, allegent eum, quem constat procuratorem per eos constitutum, procuratorẽ non
8 esse. † Præterea, constat quòd predicti domini procuratorem constituentes recognouerunt dictum.F.tanquàm procuratorem mandato precedente cõtraxisse in contractu, quem constat celebratum fuisse per aliquos dies antequã esset celebratus contractus, de quo agitur in pręsenti. Ergo nõ videtur admittenda allegatio ipsorum, que modò proponitur in contrarium. quia cum constat quem semel voluisse & dilucidè protestatum fuisse, non potest ex pœnitentia reuocare: vt.ff.de do.l.quidam.&.C.de non numera.pecu.l.generaliter.& licet actum fuerit inter quosdam: nihilominus pręiudicare debet quo ad omnes: quia per illam recognitionem constat de voluntate mandantium: quæ sola requiritur in constitutione procuratoris: vt institu.de ob.ex consensu.&.ff.de actio.& oblig.l.consensu.sicut etiam dici solet in eo, qui se confitetur hæredem ad postulationem vnius.quia licet non sibi præiudicet, quo ad alios ex vigore confessionis: preiudicat tamen ex vigore voluntatis per confessionem declaratæ.que voluntas sola in hæreditatis aditione requiritur: vt.ff.de acquiren.hære.l.cũ bonis.&.l.gerit pro hęrede.& notari solet.ff.de interro.ac.l.si pręterea.Aut prędictus se sciebat procuratorem, cũ verè esset.& tunc, quia id, quod in veritate
11 est, firmus, facit † valere contractum, quàm id, quod est in opi.dicendum est, quòd veritas opinioni præferatur, id est tanquàm procurator contraxisse videatur: & ad hoc bonum est argumen.

ff.de acquiren.hære.l.qui se pupillū.&. l.quod si dubitet.&.l.sed & si.§.de sua. Et ita dico & consulo,ego Dynus,de Muxello.

Additio.

a ¶ Ignorantia. Adde domi. Alexan.de Imol.in.l.peregre in princip.de acquiren.posses.& do.Anto. de But.in.c.ab excommunicato.de rescrip.

SVMMA CAPITA.

1 *Pœnamne incurrat petens reduci ad arbitrium boni viri,id,quod iniustè est pronuntiatum,etiam pacto precedente de non reuocãdo.& nu.5.6.10.*

2 *Pacta non tenent, quæ delinquendi ansam præbent.*

3 *Non fieri vbicunque aliquid promittitur,pœna contrafacienti indicta tacitè videtur agi, quòd pœna committatur.si hincinde obseruentur,quæ de iure seruari debent.*

4 *Patre committente filium non exheredare,contrafacienti pœna adiecta,tacitè videtur actū, quòd pœna non committatur,si iusta fuerit exheredationis causa.*

7 *Vtilitas publica suadet,vt iniqua arbitramenta per boni viri arbitrium corrigãtur.*

8 *Leges iniquitatem remoueri procurant.*

9 *Arbitri libertas quantumcũque generalis & larga,ad ius commune est reducenda.*

11 *Renuntiatio generalis illud operatur,acsi singula exprimantur, quibus erat nominatim renuntiandum.*

12 *Renuntiatio generalis,& munita clausula generali,num de iure subsistat.*

13 *Dolo futuro si potest renuntiari.*

14 *Ad arbitrium boni viri reductio,est quædam appellationis species.& nu.20.*

15 *Probatio incumbit affirmanti, quid iniquè & illegitimè prolatum.*

16 *Iuris solennitates intrinsecæ præsumuntur laudo & arbitramēto potius adesse quã abesse.*

17 *Compromissum, est quædam species transactionis.*

18 *Ratificatio laudi.pacto vallata.interposita ante laudum latum,an impediat reductionem ad arbitrium boni viri.*

19 *Pactum id operatur in iure competituro in futurum.quod in iure iam competenti.*

20 *Factum si fuerit contra promissionem.stipulatus pœnam.potest eam exigere.siue sua interfuit,siue non.seruatum esse,quod in promissionem venit & nu.21.*

22 *Verba statuti sint obseruanda.*

Consilium. XIX.



IN CHRISTI NOMIne,amen. Tholomeus manētis,ciuis Senensis, de populo sancti Peregrini,emancipauit Maneuttuccium,cum haberent discordiam de bonis & rebus,compromiserunt de illa,& omnibus & singulis litibus,quæ inter eos essent,vel esse possent quocũque vel ex quacũque causa,& plenum compromissum fecerunt in fratrē Laurentium de ordine eremitarum tanquàm in arbitrum & arbitratorem & amicabilem compositorem,& promiserunt stare eius laudo,& non petere,q corrigatur,& reducat ad arbitriũ boni viri:nec dicere nullum vel iniquũ,sub certa pœna in cõpromisso contenta:vt cõtinetur in publico instrumēto facto.

manu Gul.magiſtri Ioannis notarii.In ſuper dominus M. Ormagii, promiſit & conuenit: Binducionis medagle ſe factorum & curatorum, quod quicquid laudatum & arbitratum fuerit per prædictum arbitrum & arbitratorem, dictus Manentuccius habebit ratum & firmum, & non opponere de iniquitate vel nullitate dicti laudi,& quod non petet illud reduci ad arbitrium boni viri. Et verſa vice dictus Binduccius promiſit dicto domino meo, ſe facturum & curaturum,ita quod dictus Tholomeus dictum laudum ratum habebit & firmum & non opponet de iniquitate vel nullitate:vel quod reducatur ad arbitrium boni viri,ſub certa & magna pœna: vt continetur in illo inſtrumento facto manu dicti Gulielmi notarii: qui Tholomeus & Manentuccius poſt dictum compromiſſum, & ante latum laudum ratificauerunt ex nunc laudum ferendum per dictum arbitrum & arbitratorem,& promiſerunt non contra facere vel venire: vt continetur in alio inſtrumento facto manu Gul.eiuſdem. Poſt hæc dictus arbiter & arbitrator laudum tulit publicatum manu dicti notarii.dictus autem Manentuccius requiſiuit dictum Tholomeum patrem ſuum,quod dictum Laudum ſeruaret: dicens ſe paratum eſſe ipſum ſeruare: qui Tholomeus nolens laudo parere, obtulit petitionem ſuam coram iudice poteſtatis ſeñ.Et dixit dictum laudum iniquum:& petiit illud corrigi & reduci ad arbitrium boni viri. Si autem nullum eſſet,petiit pronuntiari nullum: vt in ſuo libello continetur. Super quo libello lis conteſtata eſt, & iuratum de calumnia: & terminus eſt datus dicto Tholomeo ad probandum de iniquitate & nullitate,ſecundum formam ſtatuti communis Senarum, vt videbitur. Dictus autem dominus meus poſt prædicta requiſiuit dictum Binduccium, quod ita faceret,& curaret,quod dictus Tholomeus dictum laudum ſeruaret, vt continetur in publico inſtrumento facto manu talis notarii, quod non fecit,neque fieri fecit dictus Binduccius. Ex prædicto themate quęruntur plura. Primò,ſi dictus Tholomeus petere poteſt,quod dictum laudum corrigatur & reducatur ad arbitrium boni viri prædicto pacto non obſtante. Secundò,poſito ſine præiudicio,quod poſſit,cui incumbit onus probandi æquum & iniquum vel nullum? Tertiò, an dictus Tholomeus inciderit in pœnam, non ſeruando dictum laudum, petitionem dando, & ſuper ea litem conteſtando? Quartò,an dicta ratificatio facta antè, quàm dictum laudum feratur,obſtet dicto Tholomeo vel non, ita quod eum ſuccumbere faciat vel non in cauſa, quam inchoauit. Quintò,an dictus Binduc.inciderit dicto domino meo ormagii in pœnam : quam promiſit ex eo, quod dictus Tholomeus dictum laudũ non ſeruauit,ſed litem conteſtatus eſt, vt ſuprà dicitur.Et an dictus M. ab eo petere poſſit dictam pœnam. Super

1 †primò capitulo,videtur primò dicendum, quod dictus Tholomeus petere poſſit,quod dictum laudum corrigatur & reducatur ad arbitrium boni viri,dicto pacto nõ obſtante.[a] Primò, quia

2 †pacta, quorum occaſione vel prætextu quis inuitaretur ad delinquendum, non

non tenent, vt.l.conuenire.& in.l.Pomponius.ff.de pact.dota. & de verborum obligati.l.si plagii.sed per tale pactum potest arbitrator facile moueri ad delinquendum, siue ad malè pronuntiandum, & propterea non videtur pactum
3 valere. Præterea, vbicunque† promittitur aliquid non fieri, & pœna si contra fiat, tacitè videtur agi, quod pœna committitur, si obseruetur, qua de iure seruari debent hincinde, & quod non sit committenda, si ea non seruentur, quæ debuerunt de iure seruari: vt.l.quæro. ff.loca. §. inter. sed cum actum videatur, quod arbitrator de iure pronuntiaret, si non de iure, sed iniquè, pronuntiauit, videtur dicendum pœnam non de-
4 bere committi. †Pręterea, si promitto filium non exhæredare, & promitto pœnam si exhæredauero, tacitè videtur inesse conditio, quod pœna non cōmittatur, si exhæredari meruit, vt in. l. quidam cum filium.in versic. sed videmus.in gloss.ibi posita. ff. de verborum
3 Item quia† sicut collatio facta in testamento, non potuit per codicillos reuocari ita nec onus conditionis, vel aliud quodcunque in eius præiudicium in codicillis apponi. arg. ff. de iure codicil. l. diuus in princip. & de condit. institu. l. quidam. §. fin. & de testamentis. l. hæredes palam. §. si quid post. Prætereà,
4 collatio facta † in fabricam hospitalis tempore impensæ factæ fuit perfecta donatio: & ideo non potuit ex penitentia reuocari, vt. C. de reuoca. do. l. prima & . ff. de donat. qui in alienum fundum.
5 Contra videtur, quod† dominus prior non possit partem eorum, quæ disposita sunt per dominam Indiam. adprobare, & partem reprobare, quia variatio non admittitur circa diuersa, quæ ratione connexitatis habentur loco eiusdem vt. ff. de admi. tu. l. cùm quæritur, & de vsuris. l. tutor. & de procu. l. in causæ & de bonis li. l. nam absurdum, & de damno infect. l. prætor. §. vnde quæritur.
6 Item, quia. l. cauetur, quod si duo† legata sint eidem personæ relicta, quorum vnum habet onus, alterum non, non licet onerosum repudiare, & non onerosum amplecti, vt. ff. de lega. ij. l. si duo-
7 bus. Item quia† ea, quæ in testamento disponuntur, præterquam circa institutionem hæredis possum in codicillis & directò & per obliquum reuocari, vt ff. de vulg. & pupil. substi. l. si quis eum. & de adimen. leg. l. alumnę. §. Seia liberta. aliàs est. §. ab hæredibus. & in authé. de resti. fidei. §. manifestum. & no. in. d. l. hæredes palàm. §. si quid post. Item
8 quia circa ea, quæ† reliquuntur non solum tempore relicti, sed etiam posteà in eadem vltima voluntate alia possunt grauamina, & conditiones adponi vt. C. de insti. & sub. sub condi. fact. l. pe. &. ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus. §. quidam Titio. & de leg. ij. l. cum pater. §. vicos. Mihi autem Di. de Muxello vi-
9 detur, quod circa ea, quæ inter † viuos collata fuerunt in hospitale prędictum non potuit in testamento vel codicillis

aliquod grauamen adponi. siue collata fuerint in fabricam hospitalis, siue alio quocunque modo ar.ff.de pact.do.l.cũ maritus.§.fi.& de iure do.l.iij. In his verò quæ relicta fuerunt in testamento potuit domina India suprà dicta cōditiones & alia grauamina in codicillis adponere, vt dicta.l.alumne.§.ab hæ redibus.&.l.quibus diebus.in.§.quidam ff.de condi.& demon. Et ita dico & con sulo ego Di.Mu.

SVMMA CAPITA.

1 Magnates qui dicantur & nu.3. Et quo modo probentur.nu.2.8.

4 Dispositio à contrario legis percepta lex est, & pro lege habetur.

5 Dictum scriptúmve ex errore vel obliuione, habetur pro non facto & dicto.

6 Posterius priori derogat.

7 Magnas qui habendus. Et an sola descriptio in numero magnatum, qui satisdare tenentur, id iuris tribuat.

9 Testatoris voluntas, idem operatur, quod lex

10 Odium restringi, & fauorem ampliari, in dubijs, honestum & tutum est. & nu.11.

12 Artificijs varijs deputatus, ei debet adiudicari, circa quod plurimum versatur.

Consilium XXVII.



VAESTIO ET ARTIcalis est. An domus & casatum de Cyprianis, & homines dictæ dom⁹ sint populares & non magnates, non obstante quod opponatur, & verum sit, quod domus de Cyprianis reperiatur scripta inter domos magnatum, quæ securitatem debent pro magnatibus per infrà scriptum modum & infrà scriptam rubricam & intitulationem: videlicet infrà scriptæ sunt domus nobilium & potentium, qui debent securitatem pro magnatibus & nobilibus de sexto vltra modo. domus de rubeis, domus de goccalis &c. de sexto sancti Pācratii, domus de amonriis, domus de Cyprianis &c. & non obstātibus, quod aliqui de domo de Cyprianis. s. duo vel vnus ex eis reperiatur securasse pro magnatibus ante ordinamenta iustitiæ per quinq; annos facta & cōposita sub annis domini. Mccxcij. indictione.vj. die.xviij. intrante mense Ianuarii, & nō obstante, quod omnes de domo de Cyprianis seruauerit pro magnatibus post ordina.iu. excepto vno, qui se excusauit pro maiori.lxx.an. Et pro parte illorũ

1 † de Cyprianis, quod sint populares, deducit quod lex municipalis & statutum limitat, quæ domus, & qui sunt magnates, scilicet domus vbi miles est: vel vbi fuit à. xx. annis citra, vel quos opinio vulgò appellat, & tenet vulgariter potentes nobiles: vel magnates. At in domo de Cyprianis nullam prædictarum conditionum concurrere posse, nisi, vt suprà opponitur. In contrarium con tra Cyprianos, quod sint de magnati-

2 bus † videtur dicendum: arg. suprà facto quod reperiuntur sic intitulati, & scripti in.d.li. securitatum magnatum: & etiam dicitur quod sunt magnates: quia aliquis de dicta domo securauit infra quinque annos ante ordinamentum iustitiæ positum sub rubrica de satisdati. magnatum ciuitatis & Communis Florentiæ: in quo dicitur quod omnes & singuli de domibus & cassatis scriptis & ex

& expresſis in capitulo vbi ſunt enumeratæ domus, quæ debēt ſatiſdare pro magnatibus, compellantur & debeant ſatiſdare, non obſtante quod ipſi & aliquis eorum de dictis domibus ſint artifices. Saluo & expreſsè præmiſſo, quod ſi aliqua de dictis domibus quæ ſunt ſcriptæ & expreſſæ in libro ſecuritatum magnatum, eſſet, in qua omnes & ſinguli de dicta domo non ſatiſdederunt: vel ipſi non fuerint compulſi, vel ſe excuſauerunt à ſecuritate prædicta præſtando, ad ipſam ſecuritatem faciendam nullo modo teneantur. Et ita ſuper ipſi omnes, quo ad omnia tractent & ſunt populares. Igitur † diligenter examinatis & intellectis ſtatutis communis & domini defenſoris & ordinamentis iuſtitiæ facientibus ad prædicta rationabiliter dici poteſt, & de iure conſului quod domus de Cyprianis nō ſit iudicanda de numero magnatum ciuitatis Florentiæ, ſed de numero popularium. nec aggrauanda ſit aliquo onere de his, quæ magnatibus imminent niſi ſatiſda. præſtandæ tantum: quia cùm lex diſponit & deducit aliquid in eſſe. omne quod non eſt ſecundum formam legis diſpoſitum, videtur prohibere, & ex conditione: & diſpoſitione legi, conſtituere. quod patet, quia ſi teſtator confirmat certi generis codicillos, omnes videtur poſuiſſe extra formam, & vires codicillorum, qui iuxta formā prædictam facti non reperiuntur: vt. ff. de iure codicillorum. l. conficiuntur. §. fina. Item, ad hoc accedit: quia lege
4 cauetur, quod diſpoſitio à contrario ſenſu legis percepta, lex eſt, & pro lege habetur: vt. ff. de teſtamentis. l. qui teſtamento. §. mulier & de teſtamentis. l. ex eo. Si ergo lex municipalis diſpoſuit, quod certi generis homines ſint magnates. id eſt in quorum domibus ſunt milites de præſenti, & fuerint à. xx. annis citra, & qui dicuntur vulgariter potentes nobiles, & quos vulgi opinio appellat, & tenet magnates: ſequitur quod omnes, qui non ſunt de numero generis prædictorum, intelligatur poſuiſſe extra numerum & conditionem magnatum, & prohibuiſſe, ne appellatione magnatum intelligantur. Si ergo in alio ſtatuto communis reperiuntur ſcripti in numero magnatum, vel potentum, ſequitur quod illa ſcriptura nihil operatur: quia aut ſtatutum illud, quod limitat aut declarat, qui debent dici de numero magnatum præcedit illud quod poſteà magnates enumerat, aut ſequitur. Si præcedit, cùm videatur & ſit expreſsè prohibitorium & derogatorium, nec inueniatur per illud ſequens ſpecialiter reuocatum, ſequitur quod ſequens, cui derogatum eſt per pręcedens ſpecialiter non reuocatū nullum effectū habeat: ar. ff. de acqui. hæ. l. qui in aliena. §. celſus & de le. j. l. ſi mihi & tibi. §. interdū. & de leg. iij. l. ſi quis in prin. & de cōtrahen. emp. l. cū maneant.

5 Item ex hoc reſultat aliud inconueniens: quia præcedit, † derogatorium, & ſequitur aliud, cui derogari videtur, & derogatorium ſpecialiter non reuocat, videtur poſterius potius per errorē & ex obliuione potius poſt præcedentē ſcriptum eſſe, quàm ex certa ſcientia, & ideò pro non dicto & pro non ſcrito habetur. ea enim quæ per errorem verum vel à lege præſumptum profe-

run

runtur vel scribuntur, pro non latis & pro non scriptis habentur: vt de supel. leg. l. Labeo. §. quidam Tubero. & de haredi. insti. l. quotiens circa princi. & de le. j. l. si quis in fundi vocabulo. Itē
6 si † derogatorium fuit posterius, & illud cui derogatur prius, tunc nulla quæstio est: quia per posterius simpliciter tollitur & remouetur effectus prioris: vt in sti. de iure na. §. pe. & arg. ff. de iure codi. l. diui. §. licet. & de le. j. l. si mihi. & tibi. §. in legatis. & de condi. & de. l. quod traditum. Præterea: dispositio in nu-
7 mero † magnatum non facit illum magnatē, qui verè non est magnus, & magnatum conditiones non habet: vt. ff. de iure immu. l. semper. §. quibusdam tibi: nec omnibus promiscuè, &c. & de decur. l. Modestinus. Præterea, constat
8 Cyprianos non habere † conditiones, quæ requiruntur per statuta ad constituendos magnates: quia in domo illa non est miles, nec fuit ab annis. xx. citrà. nec vulgi opinio appellat eos potētes vel magnates. imò econtrà appellat eos populares: vt plenè probatum est per testium depositionem. ergo descriptio in numero magnatum, qui satisdare tenentur, nihil operatur. Prater-
9 eà, constat † quòd voluntas testatoris idem operatur, quod lex: vt in authen. de nup. §. disponat. &. C. de rebus alie. §. fi. Sed si testator illud, quod certū est communi opinione esse in vnò genere, solitus sit referre in aliud genus, illa relatio nihil operatur: quia videtur erronea: vt. ff. de sup. l. leg. l. Labeo. in ver. verùm si ea: sed probatū est, ꝙ cōi opinione Cypriani habentur de numero popularium, & etiam per statutum communis & ordinamentum domini defensoris, ergo relatio in numero magnatum, videtur erronea, & nihil opera-
10 tori. † Præterea, statutum iustitię includendo eos in numero magnatum, quantum ad vnum onus scilicet satisdationis præstandæ, non videtur eos includere, sed potius excludere, quātum ad alia onera. quæ magistratibus incumbunt: ar. ff. de fundo instruc. l. quæsitum. §. idē respondit. & de conditio. & demonstra. l. cùm ita &. C. de procura. l. maritus. & de pactis conuen. l. fin. maximè, cùm tractetur de odio restringendo, quod inductum est contra magnates per ordina-
11 menta iustitiæ. † Constat enim benignum esse propter varietatem statutorum communis & ordinamentum iustitiæ, an Cypriani sint de numero magnatum vel popularium. & ideò in ambiguo benigniorem interpretationem. idest quæ fauorem continet sequi non minus iustius est, quàm tutius: vt. ff. de his, quæ in testamento dele. l. proxime & de rebus dubiis. l. si fuit. & de regul. iur. ca, ꝗ, in partes. §. in re dubia. Itē
12 lege cauetur, ꝙ cùm vna persona † variis artificiis deputetur, ei artificio debet adiudicari, in quo plerunque versatur: vt de le. iij. l. legatis seruis. §. si vnus Cùm ergo Cypriani plerūque versentur in artificio popularium, & quātum ad vnum tantùm reperiantur magnatibus per ordinamentum associari idest ad onus satisdandi, etiam si artem vel mercantiam exerceant relinquitur necessariò, quòd quantum ad alia omnia censeri debeant populares, & de numero popularium, & tanquàm populares tractari.

SVMM

SVMMA CAPITA.

1 *Pistorij institutum, ne querelæ & reclamationes audiantur, tam pro maleficio, quàm pro debito.*

2 *Filius num titulum habere videatur quem pater habuit.*

3 *Hæres iure & titulo defuncti num gaudeat. hæreditate adita.*

4 *Solennitas, quæ requiritur in alienatione rei cuius dominium pertinere constat ad pupillũ, requiritur etiam in alienatione rei, in qua pupillus habet titulum & bonam fidem.*

5 *Error iuris, non proficit ad vsucapionem nec ad ius publicum quærendum.*

6 *Liberatio quantuncunque generalis, non trahitur ad futura, de quibus cogitatum non probatur.*

7 *Hæres extraneus non obligatur oneribus hæreditariis, ante hæreditatis aditionem.*

8 *In herede suo instituto potest inueniri mediũ tempus inter mortem & immistionem, per quã quæritur ius hæredi.*

Consilium. XXVIII.



IN CHRISTI NOMINE, amen. Thema tale est. Quidam nomine Fronte pagani, decessit relicto vno filio masculo, & tribus fœminis. i. Paganncio siue Pagano, & Pascuosa, Ricca & Arontia. post mortẽ dicti Frõtis, Tritudeona vxor dicti Frontis, & mater prædictorum, administrauit bona dictorum pupillorum, tanquàm tutrix dictorum pupillorum. Mercatucio quondam Aldobrandini petiam terræ de quibus fit mentio in dicto instrumẽto venditionis vendidit, quòd incipit. Trutadeona relicta Frontis &c. Post eà tractu temporis, cùm habuisset quædam facere cum quodam nomine ser Iacobo, filio quondam dicti Mercatucii emptoris, vt adparet in quodam instrumento, quod sic incipit. In Christi nomine amen &c. dictus verò Iacobus liberauit, & absoluit dictum Pagannucium: & versa vice Paganucius liberauit & absoluit dictum Iaco. vt adparet in dicto instrumento, post prædictam liberationem, cùm dicti Paganutius & sorores nondum adiuissent hæreditatem dicti Frontis, nec se immiscuissent hæreditati dicti Frontis. Prædictæ sorores dicti Paganucii scilicet. Arontia, & Riccha, & Pascuosa, repudiauerunt hæreditatem dicti Frontis patris eorum: vt patet in quodam instrumento &c. Modò quæritur ex prædictis, nunquid dictus Paganucius debeat obtinere in dicta causa vel non: & maximè, non obstante liberatione prædicta generali: de qua fit mentio in instrumento signato litera. d. & quodam statuto communis 1 † Pistor. in quo continetur, quod querelæ & reclamationes bannitorum, tam pro maleficio, quàm pro debito non audiantur: & quadam alia reformatione seu statuto dicti communis, in quo continetur quòd quicunque non est allibratus, non reddatur sibi ius, eò quod dictus Paganucius non reperitur allibratus. 2 Quod † Paganucius filius quondam Frontis debeat obtinere in causa, quàm habet cum Iacobo mercatucii, sub examine prudentis & discreti viri domini Simonis legum doctoris, quantum ad illa in quibus probatur Frontẽ patrem ipsius Paganucii titulum habuiss

buisse:potest manifestè probari, quia
constat quòd filius habere videtur il-
lum titulum,quem pater habuit: vt de
li.& post.l.in suis:& pro hærede.l.ij.§.
filium.& quia hoc idem in extraneo hę
3 rede contingit.Nam†illud ius & illum
titulum habere videtur aditione sequu
ta,quem habebat defunctus: vt. ff. de
acquirend.possess.l.lij.§.ex plurimis. &
l.cùm hæredem.&.C.de testamentis.l.
omnium.& de bono.possessio.l.j.Item,
pater eius præsumitur habuisse bonam
fidem,si de mala non probaretur: vt. C.
de præscri.long.tempo.l.pe.& ibi nota.
& ar.ff.de fideicom.lib.l.si cum.§.ex in
iusta.& de admi.tu.l. hoc autem. ergo
& hæres.i.Paganucius suprà dictus, eã
dem bonam fidem habere videtur, etiã
si malam haberet:vt.ff.pro empto. leg.
secunda.§.si defunctus.& de regu.iur.l.
hæredem ergo sequi,quòd habeat Pu-
blicianam,quæ competebat defuncto:
& in ea debeat obtinere: vt de pub.eum
qui.§.hæc actio. Prætereà,constat ꝙ
4 illa † solennitas, quæ requiritur in
alienatione rei,cuius dominium con-
stat pertinere ad pupillum, requiritur
etiam in alienatione rei,in qua pupil-
lus habet titulum & bonam fidem: vt
ff.de reb.eo.leg.magis.§. primo. Sed in
alienatione rei,quàm constat ad pupil-
a lum pertinere,requiruntur tria [a] scili-
cet tutoris authoritas, causæ probatio,
& iudicis tractatur: vt probatur. C. si
propter publ. penul.leg. final.&.ff. de
reb.eo.& ibi not.leg.magis.§.si ęs alie-
num.quorum si quod deficiat,ipso iu-
re non tenet alienatio. Cùm ergo in
venditione tutricis facta defecerit alte
rum scilicet causæ probatio, sequitur
quòd vẽditio non tenuerit.Nam ex for
ma adparet,quòd causa fuit allegata tã
tùm:sed hîc adparet quòd fuerit proba
ta:& si diceret emptor, quòd credebat
causam illam allegatam subesse.hoc es
5 set allegare errorem iuris:†cum ius re-
quirat,quòd causa verè fuerit probata:
& ille error iuris ad vsucapionem non
proficit:vt in.l.iuris ignorantia. de iur.
& fac.igno.& de vsuca.l. nunquàm. in
princip.&.l.si fur.§.primo ergo si non
prodest ad vsuca.& nec prodest ad ius
pub.quærendum. quia regulariter qui
impeditur vsucapere.impeditur & pu-
blicianam habere: licet casualiter fal-
lat:vt in.leg.eum,quib. de publica. &
ideo cùm dictus Paganucius habeat ius
efficacius.sequitur quod debeat obtine
re:& instrumentum liberationis ab eo
factæ,quòd inducitur per partem ad-
uersam,nihil ad propositum facit: quia
certum est,quòd liberatio† quantuncũ
que generalis, non trahitur ad futura,
b de quibus cogitatum non probatur [b]:
vt de transact.cum aquiliana. &.l.cum
tutoribus in principio.&.§.final.multò
ergo minus extendetur ad futurum in
casu nostro,cùm per verba liberationis
adpareat ad præterita esse restricta.
Quòd autem Paganucius suprà dictus
quantum ad veritatem, ius non habet
tempore liberationis factæ, manifeste
patet:quia proponitur, quòd ipse pri-
mo liberauit Iacob.& posteà sorores re
pudiauerunt,& ipse adiuit,vel se immi
scuit.Vnde si non erat in potestate an-
te aditionem,nullum habebat ius. Sed
per aditionem habere cœpit:vt leg.hæ
res.de acquirend. hæredita.& lege pri-
ma.§.veteres.de acqui.possessio.&.d. l.
omn

omnium.de testamentis.vnde non videtur per illā liberationem remissum.
7 Item & † si erat in potestate: quantum ad veritatem tempore liberationis nullum ius habuit: quia secundùm veram & probatam opi.sicut extraneus hæres nō habet ius in bonis, ante aditionem: sic nec obligatur oneribus hæreditariis. vt patet.C.si vt se ab hære.ab.l.j.&.ij. & de acqui.hære.l.cum bonis.&.l.gerit. pro hærede.& no.plenè.j.l. necessariis. eodem titul.& patet euid ēter in.l.nam
8 nec.de leg.j.ff.Item, sicut† instituto hærede extraneo, est inuenire medium tēpus inter mortem & aditionem, per quam quæritur ius hæredi: ita & in suo est inuenire medium tempus inter mortem & immistionem, per quam quæritur sibi ius: vt patet euidenter.ff.ad sil. l.j.§.si pater ab hostibus.ij. responso.& l.necessarios.& ibi not.& patet in præalle.l.nam nec & determinatur similiter.de condi.& de.l.ius.Per quæ ostenditur manifestè, quòd tempore liberationis factæ Paganucius non habebat plus in bonis illis obuenientibus ex successione paterna: & propterea remisisse videtur, vt suprà ostensum est. Din. Vtriusque Iuris Doctor.

Additio.

a ¶ Tria. Sed quid si fiat alienatio per pupillum cum iuramento, & cum tutoris authoritate, vide Pa.de cap.consilio ducentesimodecimotertio. & adde Nico.de neapo.in.l.sed si,§.primo,ff.de rebus eorum.vbi dicit, quòd alienatio rei pupillaris vel alia prohibita potest cum fraude fieri scilicet quòd supponatur aliquis, qui rem petat & prohibitus alienare, patiatur se vinci.

b ¶ Non probatur. Adde, quòd in simili consuluit do.Socin.in consilio ducentesimooctuagesimosecundo incipient. in præsenti consultatione in secunda parte in liberatione generali legata tutori quòd non impedit exactionem reliquorum, quæ remansissent in eius manibus & erat incognita testatori.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Actio contra eum, qui Pretoris maiestatem contempsit, popularis est. Et quanto tempore duret.nu.4.*
2 *Pretorum decreta non contemni, omnium interest.*
3 *Actio in factum, quæ datur contra eum, qui ius dicenti non obtemperauit, ad pœnam publico acquirendam, non datur vltra annum.*
5 *Successor idem potest, quod eius predecessor.*
6 *Sententia confirmatur appellante non prosequente appellationem institutam.*

Consilium XXIX.



IN CHRISTI NOMINE, amen. Prima quæstio est: verum Pierus condemnatus, quòd ad duos annos non possit stare in ciuitate Flo.vel districtu, & si steterit, puniatur pœna, potestatis arbitrio inferenda: & si econtra dictam sentētiā fecerit, & in ciuitate Flo.vel districtu. infrà biennium steterit, possit quilibet accusare: ita quòd ista accusatio cuilibet de populo vel aliis competere poss

posſit. Secunda quæſtio eſt, in quo tempore posſit accuſatio iſta fieri, vtrū infra annum, vel poſt annum. Tertia quæſtio eſt, ſi contingat dictas duas quæſtiones procedere, qualiter iſte Pierus puniri debeat: & quid operetur verba illa, adpoſita in condemnatione, quòd puniatur arbitrio poteſtatis.

Quarta quæſtio, an illa verba: puniatur arbitrio poteſtatis, posſint ad ſucceſſorem transferri: ita quòd illud idem posſit facere ſucceſſor eius, quæ facere poſſet idem poteſtas, ſi eſſet, qui eundem Pierū condemnauit? Quinta quæſtio eſt, an appellatio, quæ dicitur interpoſita in ea parte ſentētiæ dictæ condemnationis, qua dicitur, quòd Petrus prædictus non posſit ſtare vel morari in ciuitate vel diſtrictu Flo. infra duos annos, in dicta condemnatione cōtentos, & non proſecuta, impediat accuſationem prædictam: quo minus ſuper ea procedi posſit: & maximè, cùm in ſtatutis communis Flo. dicatur quòd non poſſet in criimnalibus quæſtionibus appellari. Sexta quæſtio eſt, ſi non poſſet iſte accuſari, an ex officio an per inquiſitionem posſit ſucceſſor poteſtatis, qui eum cōdemnauit, uit, procedere contra eum. In prima

1 †quæſtione fortè non irrationabiliter dici poteſt, quòd actio vel exceptio cuilibet de populo vel alibi cōpetere posſit: quia non poteſt negari, quin proponatur, quòd pœna imponēda ſit ei, qui prætoris maieſtatem cōtempſit, & ideo ſit popularis: arg. ff. de iur. om. iud. l. ſi

a quis [a] id. & l. ſi familia. Item quia † pu-

2 blicè intereſt decreta prætorū non contemni, vt ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. ſi prætor. In ſecunda quæſtione dicen-

3 dum eſt, quòd † proponi posſit tantum infra annum. arg. ff. de popu. acti. l. fi. & quia actio in factum, quæ datur contra eum, qui ius dicenti non obtemperauerit, ad pœnā publico acquirendam, non datur vltra annum: vt. ff. ſi quis ius di. non obtē. l. j. §. fi. In tertia quæſtione

4 dicendum eſt, quòd † de iure debeat duplicari tēpus, quod ſuper erat de biennio tempore, quo cœpit prætoris edictum contemnere. arg. ff. de pœn. l. aut damnum. §. quiſquis ſi imponatur corporalis. Sed ſi imponeretur pecuniaria, non poteſt de certa quantitate aliquid reſponderi, cùm puro iudicantis arbitrio relinquatur: vt. ff. de effrac. l. j.

5 §. expilatores. † In quarta quæſtione dicendum eſt, quòd illud posſit ſucceſſor, quod poterat prædeceſſor: arg. de offi. eius, qui vi. ali. iud. ob. l. ij. In. v.

6 quæſtione videtur mihi Di. de Mu. † dicendum, quòd etiam ſi potuerit appellare, appellatore non proſequente, ſententia confirmatur: vt in authen. de his, qui ingred. ad app. §. ſi verò pro veritate. & de his, qui not. infa. l. furti. circa princip. Sexta quæſtio vlterius non procedit. Din.

Additio.

a ¶ L. ſi quis. Et ibi ad hoc vide Bal. in. j. col. vbi refert Di. hoc notantur conſuluiſſe per illum text. Et adde quòd in actionibus popularibus: qui poteſt pro prio nomine agere nō poteſt conſtitui procurator. l. licet in popularibus. ff. de proba. & Bal. in. c. cum. l. & A. de re iudi. & an & quando hæc actio popularis competat. vide Fely. plenè in. c. cum dilect.

lecti.versic.quilibet.de maior.& obedi.

SVMMA CAPITA.

1 *Pignoris ius tollitur, dominio rei obligatæ acquisito creditori.*
2 *Res deducta ad eum casum, à quo non potest incipere, vitiatur.*
3 *Pignoris ius dissoluitur, si res aliena obligetur, cuius posteà dominium ad creditorem peruenit.*
4 *Confessio continens iuris errorem, in iudicio, confitenti obest, etiamsi certet de damno vitando. Et quid in muliere.*
5 *Error iuris, originem habet ab errore facti.*

Consilium XXX.



SVPER QVAESTIOne præmissa, Consilium mei Di. de Mux. est tale: videlicet, quòd oporteat dominam Petram suprà dictam necessariò succumbere in hypothecaria per eam proposita: quòd aut est verum, quòd est dominium terræ, de qua agitur, translatum fuit in dominum Flordemonte. Aut est verum, quòd translatum non fuit. Et si verum est, quòd fuit translatum: quia donationes illæ non fuerunt in fraudem factæ:
1 tunc † constat ius pignoris, & consequẽter hypothecariæ sublatum esse dominio rei obligatæ acquisito creditori: vt ff. de ex. rei iu. l. ex sextante. §. Latinus.
2 circa fi. Item, quia cõstat quòd † cùm res deducitur ad eum casum, à quo non potest incipere, vitiatur. ff. de verb. ob. l. si sub vna. §. si quis mand. & l. pluribus. §. & si placent. & de seruitu. l. pro parte. & de his, quæ pro non scri. ha. l. si in metallũ. Sicut ergo res propria non
3 potest ab initio alicui † rogari: vt de reg. iur. l. nec pignus. ita & si obligetur aliena, cuius posteà dominium ad creditorem peruenit, ius pignoris dissoluitur. Item, si verum est, quòd translatum non fuit, & quòd penes maritum eundémque debitorem remansit, creditrix legando, videtur remisisse ius pignoris: & ideo hypothecaria non vendicat sibi locum: vt de lib. leg. l. j. §. Iul. & de leg. j. l. senatus. & fi. & arg. l. apud Iul. §. si Titius. & l. si domus. §. fi. & l. si tibi homo. §. neque legatum. Tamen
4 contra † prædicta videtur valde obstare quædam confessio facta ad quãdam positionem. illa videlicet: Item, quòd prędicta terræ petia, est obligata dictæ dominæ Petræ, pro dote sua dictæ dominæ Flordemontis. Nam cùm suprà probatum sit, quòd desiit esse de iure rogata: ergo & confessio illa continet iuris errorem: & ideò debet confitenti obesse in iudicio, etiam si certet de damno vitando: vt. l. non fatetur. ff. de cõfes. licet extra iudicium non noceret: vt de iur. & fac. ignor. l. error. & ita nocet mulieribus, sicut & maribus: nisi in casibus specialibus, in quibus iuris error excusat fœminas, & non mares. sicut dici & notari solet. C. de iur. & fac. ignor. l. fin. Sed ad hoc est prompta re-
5 sponsio. certum est enim † quòd illud, quod obseruatur in errore facti, seruatur in errore iuris, qui originem habet ab errore facti: vt. ff. pro donato. l. vir vxori. & ibi plenè not. sed error facti, etiam in iudicio confitenti non nocet: vt. d. l. non fatetur. j. respon. & C. de iu. & fac. igno. l. error. Sed in proposito er-

 ror

ror iuris, in confessione prædicta originem habuit ab errore facti: ignorabat enim, vtrum donationes prædictæ essent factæ in fraudem, vel non:& per hoc ignorabat ius pignoris esse extinctum:& propterea talis error obesse nõ debet, vt dictum est. Din.

SVMMA CAPITA.

1 *Consuetudo loci, in quo instrumentum conficitur, obseruari debet.*

2 *Instrumentum carens diei indictione, & notarij nomine, falsum est.*

Consilium XXXI.



IN CHRISTI NOmine, Amen. In quæstione supra scripta, visis & diligenter examinatis profundis & subtilissimis allegationibus vtriusque partis, omnibus oppositionibus & responsionibus hincinde factis & visis, & diligenter examinatis statutis ciuitatis Veroñ. quæ circa propositam quæstionem, videntur inducta esse, consilium mei Di. de Mux. tale est, videlicet, quòd debeat pronuntiari instrumẽtum, de quo agitur, suspectum esse, & non valere: nec tenere in præiudicium capituli & conuentus sanctæ Mariæ matris domini:& hoc ideò maximè: quia lege cauetur,
1 quòd † in instrumentorum confectione
a seruari debet loci consuetudo[a], in quo instrumenta conficiuntur: vt in auth. vt prępona. nomen in prin. §. si qua verò. & arg. ff. de euictio. l. si fundus. & de vsu. l. j. in prin. & de testi. l. neque. §. fi. & de iureiur. l. semper. §. legem quoque. & de decur. l. non tantum. §. vult. Sed
2 in. l. ciuitatis Veroñ. caueri † dicitur, quòd in instrumentis adponatur proprium nomen diei. & suprà nomen notarii. quod in instrumento de quo agitur nõ inuenitur:& ideo sequitur quòd adulterinum, id est veritate carens debeat pronuntiari: vt in auth. de tab. §. fi. & consequenter non valere nec tenere in præiudicium Mod. supra dicti. Item aliis casibus & rationibus pluribus in præmissis allegationibus propositis & prudentissimè allegatis. Din.

Additio.

a ¶ Consuetudo. Adde Bartol. in. l. ex ea parte. ff. de verbor. oblig. Adde Angel. Aretinum. in. §. ex non scripto ius venit. Institu. de iure naturali gentium, & ciuili. & vide tex. l. venditor. ff. communia prædiorum.

SVMMA CAPITA.

1 *Pistorij statutum super inquisitione & persequutione bannitorum.*

2 *Statuti verba, quomodo accipienda. & numero. 10.*

3 *Fraudes frequentes in alienatione rerum in solutum acceptarum infra annum, in alios alterius fori.*

4 *Statutum super alienatione rerum.*

5 *Statuti verba sunt referenda ad eum casum, qui dubitationem continet. & nu. 5.*

7 *Parua sunt, in casum futurũ prouidere, & prouidere potuisse.*

8 *Conditio conuenti, an melior, quàm petitoris, in pari causa, cùm vterque tractat de damno vitando.*

Plura

9 *Plura cùm in aliquam dispositionem legis, vel hominis, vel testatoris, conferuntur alternatiuè, electio est eius, in quem conferuntur, quid ex pluribus eligat.*

11 *Statutum imponens creditori alienanti necessitatem restituendi, obseruari debet contra illum, qui dolo vel culpa desijt possidere.*

Consilium XXXII.



N CHRISTI NOmine, Amen. Quæstio talis est: Ordinamus, quòd si quis de ciuita. Pisto. † vel suo districtu est, vel fuerit deceterò pro aliquo debito bannitus, vel pro aliqua pœna ciuitatis soluenda iudices causarum Pistorii: & quilibet eorum teneatur eum facere requiri apud domum suam, & faciant eum vendere omnia bona sua pro debito suo exbrigando, & si non venerit, iudices causarum teneantur, & quilibet eorum vendere bona bannitorum prædictorum, vel in banniti bona fide, vel dare in solutum creditoribus, & fiat solutio secundum iuris ordinem, à qua datione insolutum possit appellari ad iudicem super hoc deputatum. Addimus huic capitulo, quòd si aliqua bona dabuntur insolutum alicui personæ per iudicem causarum, vel per aliquam priuatam personam pro dote, vel pro alia quacunque pecuniæ quantitate, & creditor aliquis vel creditrix habuit aliquid recipere in ipsis bonis, vel ab ipsa persona, cuius bona data fuerunt insolutum, vel ipsa dederit insolutum, liceat ei, infra annum habere, & recipere ipsa bona in solutum data, & tenere oblata & soluta pro illa pecuniæ quantitate: pro qua, dicta donatio in solutum fuerit facta illi personæ, quæ dationem recepisset, ille teneatur dare, & iudices causarum appellationum prædicta facere, & prædicta locum habeant, in.a.d.M. C.de solutionibus.l.ij.& abinde in antea. Addimus huic capitulo, quòd si qua persona acceperit de bonis alicuius insolutum, & ipsa bona vel ipsis vendiderit, vel alienauerit infra annum, à die donationis insolutum computandum, quòd liceat vnicuique creditori illius, cuius bona data fuerunt in solutum, vel habenti recipere in prædictis bonis conferre, & dare illi, qui dationem insolutum acceperit, vel succedenti in locum eius, totum vel in partem quantitatem illam, pro qua bona illa insolutum data fuissent, & ille, qui insolutum accepit, vel succedens in locum eius: vt supra dictum est. videtur ipsa bona ei dimittere, & dare, & cedere iura, quæ habet in ipsis bonis: vt iudices teneantur omnia prædicta facere fieri seruari, vbi persona possidens dicta bona, vel de ipsis bonis, quæ acceperint in solutum, ipsa bona velit dare & soluere tali offerenti illam quantitatem, quæ recipere debent ab eo, de cuius bonis agitur, vel in ipsis bonis. Ex quo statuto insurgit ista quæstio: Quidam creditor accepit insolutum quædam bona cuiusdam sui debitoris: qua datione facta secũdus creditor dicti debitoris secundũ formã statuti prædicti egit contra primum, petens ab eo, vt sibi dimitteret, &

daret bona predicta, que acceperat insolutum. offerendo eidem in iudicio quātitatē pecuniæ, pro qua dicta bona acceperat insolutū, lit. contest. & omnibus actitatis. actitanda erant vsque ad sententiam: & iam facta electione sapientis, qui habebat consulere: & elapsis terminis ad probandum & producendum instrumenta, dictus Orlan. seu eius procur. allegauit & dixit nō possidere bona sibi data insolutū: quia alienauerat in quendam presbyterum: tamen lata fuit sententia, scilicet quòd secundus creditor, qui acceperat in solutum, non cogeretur ad ea, que continerentur in petitione secundi creditoris, à sententia appellauit procura. secundi creditoris: & pronuntiatum fuit consilio dominorum Simo. doct. legū, & bacij iudicis, bene appellatū, & malè iudicatum: & debere fierei ea, que cōtinentur in petitione dicti secundi cre-
2 ditoris: & † hoc ideò, quia verba statuti concedunt, & volunt, quòd si aliquis alienauerit res, quas insolutum accepit. j. annum, quòd aliquis creditor debitoris, possit electione sic offerre, vel creditori, qui accepit insolutū, vel alienauit. j. annum: vel succedenti in locum eius: & quòd dicta oblatione facta teneatur ipse creditor vel succedēs in locum eius, & dimittere & dare talia bona secundo creditori offerenti. Ad quod pars aduersa respondit, quòd dictum statutum debet sic intelligi disiunctiuè, scilicet quod fiat oblatio creditori, qui accepit si possidet, & tunc ipse cogatur ad dimittendum & dandū res, quas accepit in solutum. sinautem ipse qui accepit, non possidet: sed alius, in quē facta est alienatio & oblatio, ipse sit, qui teneatur dimittere ipsas res: & sic dicit reddendo singula singulis. Ex aduerso replicatur, quòd statutum loquitur de eo, qui iā alienauit, & sic certum est ipsum non possidere: & tamen statutum voluit eum creditorem alienantem. j. annum taliter etiā alio possidente, ipse qui alienauit intra annū teneatur ad dimittendum, ipse vel succedens in locum eius, propter baratarias, que † quotidie fiunt & committi 3
possent alienando intra annum res acceptas in solutum in alios alterius fori: & alios, qui nō possent sine difficultate maxima cōueniri: vt in nostro casu factū fuit: quia fuit alienatio facta in quendam sacerdotem simulatè: & quia possent fieri alienationes & plures clandestine, & sic nesciret alius creditor, cui ius competeret offerendi, cui offerret: sicut est in nostro casu. vnde
statutū volens malitijs hominū † obuiare, qui interdum simulabant alienationem, prouidit prædicto modo, scilicet quòd oblatio possit fieri primo creditori alienanti, & ipsi, in quem alienatio facta est: & ꝙ quicūque prædictorum facta alienatione compellatur alter ipsorū, qui possidet ad dandum & dimittendū secundo creditori dictas res: & hoc etiam probatur ex dicto statuto, posito quòd permittit possidenti vel primo creditori offerre secūdo creditori: vt videt aduocat. rerum predictarū à se putet, ibi: nisi &c. Quare rescribitis, quid iuris sit in p̄dictis: si per oblationē factā creditori primo per secundū teneatur primus creditor, cum possit rē redimere: & p̄stare, esto, ꝙ verè alie 5

rē alienasset,& quod nō posset redimere:nūquid fiat executio cōtra eū ad interesse cū tali modo & forma videatur procedi per leges cōtra alienantes causa mutādi iudicij,& cōtra hæredē alienantē res alias legatas,& in alijs multis casibus:& vtrū ipse posidens dimittere teneatur rem per oblationem factā creditori primo.quod videtur velle dicare dictum statutū & vtrum debeat obesse primo creditori,quòd nihil dixit de alienatione facta per eum: nisi in fine causæ post electionē sapiētis,& ꝓpe finē anni,qui datur ad oblationem faciendam ex forma dicti statuti.Itē dicit prius creditor, ꝙ alienatio permissa est sibi ex forma dicti statuti, econtra dicti secūdus creditor,ꝙ statutū nō permittit alienationē:sed dicit,si alienatio fiat,qualiter sit ꝓcedendū:& qualiter cōsulatur secūdo creditori : ꝑ quæ,adparet nō esse permissam,sed ꝓhibitam alienationē. Quòd ꝑdictus

5 † Orlan.debeat cōdēnari ad restitutionem rei,quā insolutum accepit,fore,si creditori secūdo,qui nūc debitū offert seu ipsius creditori,nō obstante aliena

a tione facta per ipsum [a] Orlandinū satis potest manifestè de iure ꝓbari,verbis statuti ꝑmissi cōmunis Pistori dili gēter inspectis.certū est enim ꝙ verba statuti referenda sunt ad eū casum,qui dubitationē cōtinet,vt aliquid inducere videātur:vt.ff.de Carbo.edicto.l.ꝙ Labeo.& ar.de vsuris.l.si stipulatus.de le.j.l.si quādo.& ad muni.l.j.in fi. Sed casus ille,videlicet ꝙ creditor,qui insolutū accepit,cogatur restituere debitori secūdo,debitum offerēti,erat iure cōmuni determinatus:vt.ff.de transa.

pig.cū sequē.& l.fideiussor.&. C.si antiquior credi.l.j.ergo casus ille dubitationē non cōtinet:vt.C.de furtis.l.an-

6 cille. Et propterea dubia † verba statuti referri debēt ad dubitabilē casum, id est ad eū casum,quādo creditor primus,qui insolutū acceperat,desijt possidere:quia alienauit alterum : & tamē nihilominus verba statuti volūt,ꝙ restituere teneatur:sed sibi debitū offe-

7 ratur. † Præterea, prouidisse futurū casum,& prouidere potuisse,paria sunt etiā si de dāno vitando agat:vt apertè patet.ff.de fideius.l.si Titius.in princ. & loca.& condu l.si quis domū.& ad Treb.l.Lucius.§.rogatus.Cū ergo statutū imponat necessitatē restringi creditori,qui in solutū acceperat,etiam si eū alienare cōtingat:sequitur ꝙ cū ꝓuidere potuerit,& debuerit,se restituere debere secundū formā statuti,ꝙ sibi imputari debeat,ꝙ in aliū transtulit:& ideo perinde debeant cōdēnari oblato debito,ac si ipse possideret,licet enim certet de dāno vitādo,& propterea excusandus:tamē & creditor secūdus,qui debitū offert,de dāno vitando certat.

8 †Sed tamē diceret aliqs,ꝙ cū vterque de dāno vitando certet, melior debet esse cōditio cōuenti:vt de ver.obli.l.si seruū.§.sequitur.& de reg.iur.l.cū par. & l.Impa.& de doli excep.l.apud Celsum.§.Marcel.Sed illud verū,quando per omnia petitor & cōuentus esset in pari causa.Sed in ꝓposito non sunt in pari causa per omnia:quia petitor caret culpa:cōuentus autē etiā in culpa, ex eo,ꝙ sciebat vel scire debebat posse contingere,se debere restituere vsque ad annū:& ideo melior est cōditio pe-

 titoris,

ditoris,qui caret culpa, quā conuenti, qui est in culpa.ar.ff.quòd fal.tu.auth. l.ij.& ꝙ no.in pręal.l.cū par delictū.& ideo sequitur,ꝙ oblato debito per secundū prius debeat ad restitutionē cōdēnari,vel ad interesse:quia rē non restituit.Et ad huius cōfirmationē accedit,ꝙ cauetur.l.quædā.§.sed si ei.& ꝙ no.ff.qbus ex causis in pos.eatur.l.Fulcinius.§.quid sit latitare. Præterea,

9 † cum plura in aliquā dispositionem legis vel hominis,vel testatoris conferuntur alternatiuè,electio est illius,in quē conferuntur,quid ex pluribus eligat: vt patet.ff.de leg.ij.l.Iulio.& de lega.j.l.planè.§.fi.per ꝙ patet,ꝙ electio datur creditori secundo:vtrū offerret succedenti in locum creditoris primi: & ab eo restitutionē petat.Ita vídetur intelligenda verba statuti:quia extrin

10 seca verborū propria † significatio ita se habet,& tunc de alia verborū interpretatione & intellectu nō videtur curandū:vt.ff.de lega.iij.l.ille aut ille.§.cum in verbis. Præterea, statutum

11 † imponit creditori alienanti necessitatem restituendi.ergo illud debet obseruari contra eum,ꝙ obseruatur contra illum,qui dolo vel culpa desijt possidere: quia deberet in æstimationem damnari:vt de rei ven.l.si culpa.&.l. restituere.&.l.ꝙ si possessor.Din.

Additio.

a ¶ Per ipsum.Vide.j.in simili materia in consi.xxxv.

SVMMA CAPITA.

1 *Filiusfamil.an obligari posit, fideiubendo pro extraneo.& nu.2.*

3 *Filiusfamil.reputatur eadem persona cum patre,fictione iuris.*

4 *Beneficio nouarū constit.& epist.diui Adriani vbi fuerit expressum,filiusfamilias conueniri potest à fideiussore non modo pro parte, sed etiam insolidum.*

5 *Opinio communis,veritati æquipollet.*

6 *Cessio facta.illi,qui nūc agere intendit ante ante debiti solutionem,tenet cum effectu.*

7 *Solutio obligationem extinguit.*

Consilium. XXXIII.



IN CHRISTI NOMINE,amen.Quomodo talis est: Quidam nomine Cut. filiusfami.maior.xxvj.ann.vnà cum quibusdā alijs,pro vno vel pro pluribus principalibus debitoribus fideiussit apud quendā creditorem,pro certa pecuniæ quantitate:qui creditor vnū de prædictis debitoribus conuenit, & exegit insolidum:& eidem cessit iura, actiones contra cōreos principales:& contra fideiussores:modo ille,cui cessa sunt iura,vult agere contra prædictum Cu.saltem pro parte ipsum contingente.Cu.opponit,quòd tempore factæ fideiussionis erat filiusfami.& ideo dicit se nō potuisse fideiubendo obligari:& propterea est in quæstione,an prædictus Cut.teneatur & conueniri possit saltim pro parte? Et dicendū est,quòd

1 † si non fuit color quesitus,debeat teneri:vt patet.ff.ad Mace.Item si filius. &.l.si Iulia. Præterea, filiusfamilias,

2 † maior.xxv.ann.obligatur etiam pro parte fideiubendo,pro eo:vt.C.de fideiu.

deiu.l.filiusfamilias.l.si dubitatur.§.filiusfami.& qui satisda.cogan.l.ij.§.&
a filius.[a] & tamen† reputatur eadē per-
3 sona cum eo,fictione iuris:vt.C.de im pub.& ali.substitu.l.fina.& institu.de inutili stipula.§.post mortem. Multò ergo fortius obligari deberet fideiubendo pro extraneo,cum quo non fingitur eadem persona. Præterea, ex-
4 pressum † est,quòd pro quocūque extraneo obligatur fideiubendo pro eo. C.quòd cum eo.l.nulla.&.ff.de pecul. l.iij.§.sed si filius. Præterea,cui renuntiatum fuerit beneficio nouarum constitutionum.& epistolæ di. Adria. dicendum est quod conueniri possit. à fideiussore non solum pro parte: sed etiam insolidum:vt ple.no.ff. de admi
5 nistra. tuto.l. si plures. † Præterea, proponitur,quòd predictus Cut.publicè agebat,& contrahebat tanquàm paterfami,& ideo tanquàm paterfamilias debet obligari:vt.ff. ad ma.l.iij. & eò quia communis opinio veritati æquipollet:vt in.l.barbari.& de supel.lega. l.iij.&.C.de testamentis.l.j.& de sen.& interlocu.l.arbit. Præterea, proponi
6 tur † & patet per publicum instrumētum,quòd celsio facta fuit illi,qui nūc agere intendit ante solutionem debiti,& ideò tenet cum effectum:vt de so.
7 Modestinus. † Præterea,patet p publicum instrumentum cessionis,quòd celsio facta fuit ex interuallo post solutionem:nihilominus cum effectu teneret:quia solutio facta non videtur, vt obligationem extingueret: sed vt actione cedendarum pretium solueretur:& ideò celsio fieri potuit.quandocunque ex interuallo, cum obligationes superessent: vt.ff. de fideiusso. cum is.& de tuto.& ra.distra.cum pupillus.

Additio.

a ¶.§.& filius.Et ibi vide domi.Alexā. de Imo.& adde Bald.in.d.l. filiusfami. quòd filiusfami.nō dicitur idoneus fideiussor, etiam pro patre,nisi habeat proprium peculium.Vide tamen Bal. in.d.l.ex alio.alle.in text.vbi tenet idē, quod hic Din.

SVMMVM CAPVT.

1 *Consilium hoc summarium est, vnicam eamque succinctam quæstionem continens, de syndico communis & eius officio.*

Consilium. XXXIIII.



N CHRISTI NOMIne,amen.In quæstione quę vētilatur & tractatur in examine discreti & sapientis viri domini Francisci reuerendi legum doctoris,& honorabilis maioris syndici communis Luc.videlicet,quid in ipsum dominum syndicum sit de iure pronuntiandum super denuntia data coram eo per salam benegradi notariū procuratorio nomine pro Matthęo quondā domini Bonifacij doctoris,& alijs in denūtia cōtentis per spallā Ropōdi defensorio nomine p tegrino notariū, & super

& super denuntia data per Iacobum filium Philippi, & transmissis pro parte dicti domini syndici domino Gualterio assessori domini Brodarii Lucan. Potestatis ipsius denuntiis diligenter inspectis & statutis per vtranq; partem productis,& iuribus & allegatiõibus vtriusque partis, & omnibus diligenter examinatis consilium mei Din. de Muxel. tale est, videlicet quod prædictus dominus maior syndicus Lucan. communis mandet & denuntiet do. Gualterio suprà dicto vel eius successori, si ipsius domini Gualterii officium est finitũ quod ipse cogat dictum Tegrinum sulcerii nota.ad dandam copiam illius procurationis, quæ dicit facta de Federico per illos de societate Ricardorum, prout in denuntia ipsius Iacobi continetur, non obstante denuntia data per salam bengradi nota. procuratorio nomine pro Matthæo quondam domini Bonifacii doctoris, & aliis in dicta denuntia contentis,& per spallam Ropondi defensorio pro Tegrino. Di.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Creditor si bona debitoris sui accepit in solutum, qui creditor alienarit ea infrà annum à tempore dationis in solutum computandum si secundus creditor offerat primo eam pecuniæ summam, pro qua debitoris bona acceperat in solutum. Et contra eum, libellum instituit, petitq; compelli, vt dimittat & det sibi dicta bona in solutum, an ad id adigi iure possit.* 1 *& nu.* 2.

3 *Verba statuti obseruanda sunt.*

4 *Succedere in locum alicuius dicitur etiam, qui in rem singularem succedit.*

Consilium. XXXV.



IN CHRISTI NOmine, amen. Martinus accepit in solutum de bonis Ioan. debitoris sui pro centũ ex forma statuti ciuitatis l'isto. quod vobis transmittitur. post hoc dictus. M. alienauit dicta bona infrà annum à tempore dationis in solutum computandum. Sempronius secundus creditor dicti Ioannis obtulit dicto Mar. dictas centum libras. infrà annum, & dare voluit, & libellum siue petitionem instituit cõtra dictum. M.& petiit à iudice dictum M. compelli, vt dimittat & det dicta bona insolutum, data eidem. M. Sempronio suprà scripto. contra quam petitionem proposita fuit exceptio per dictũ. M. quod non tenebatur ad dimittendum vel dandum dicta bona, vel iura cedendum, quæ habet in dictis bonis dicto Sempronio, cùm ipse dicta bona non teneret vel haberet, nec habuisset aliqua parte iudicii: cùm alienasset & in alium transtulisset ante libellum,& ante petitionem,& libellum institutum,& porrectum & ante denuntiationem sibi factam Dubitatur nunquid prædictus. M. teneatur ad dimittendum vel dandũ prædicta bona,& iura cedendum, quæ habet in dictis bonis dicto Sempronio? Causa quæ mouet dubitationem, est, quia. M. non possidet dicta bona, nec possidebat † tempore dictæ petitionis: & quia nulla iura habet in ipsis bonis: quia ipsa iura transtulit in alium ante porrectionem dictæ petitionis. contra hoc dicit quod dictus. M. tenetur ad dimit

mittendum & dandum ipsa bona,& iura cedendum, non obstante quod ipse. M.non possideat nec possederit tempore porrectæ petitionis, & iura sua alii cesserit,& allegat statutum,quod vobis transmittitur,positum sub titulo de dãdis in solutum bonis bannitorum ibi, vbi dicit:addimus huic capitulo.vsque ad fin.circa & maximè in ea parte, vbi dicit:& ille, qui accepit vel succedens in locum eius, vt suprà dictum est teneatur ipsa bona ei dimittere,& dare & concedere iura,quæ habet in ipsis.& cõtra hoc replicatur,quod capitulum debet intelligi,quod ille qui accepit in solutum teneatur dimittere,& dare,& cedere iura,quando ipse possidet in totũ, quando in totum possidet,vel in partẽ, quãdo in partem possidet, & iura in eis habet,& sic eodem modo in locum eius succedens teneatur dimittere & dare & cedere in totum,quando in totum possidet:& in partem, quando in partem

2 possidet. †Petitur ergo consilium à vobis, nunquid Martinus qui accepit in solutum & vendidit, & alienauit vt suprà dictum est,teneatur ad dimittendum & ad dandum dicta bona, & concedendum iura quæ habet in ipsis bonis dicto Sempronio,cùm ipse non habeat nec possideat,nec iura habeat cum ipse alienauerit,& iura sua in alium transtulerit:vt suprà dicitur nec habuerit tempore porrectæ petitionis, & iura, quæ vos mouent, placeat nobis in scriptis transmittere. In quæstione prædicta

3 non†est recedendum à propria significatione verborum. Intellectus autem verborum capituli propria significatio a ne verborum inspecta videtur esse &c.

3 dici potest, quod soror † non potuit donare fratribus: ideò maximè, quia minor erat, & ideo secundum formam statuti ciuita. Parmæ non potuit sine iudicis authoritate contrahere, & si contraxit, contractus erit ipse iure nullus, quia. l. municipalis prohibita, quæ illā author talem obtinet in ciuitate Parmę quamuis ius commune obtinet generaliter & ideo qua ratione perfectum contra prohibitionem iuriscommunis ipso iure non tenet: vt in. l. non dubium. & l. iurisgen. §. & generaliter. & l. si quis inquilinos. §. fi. eadem ratione factum statutum forma non seruata, nō tenet ipso
3 iure. † Prætereà, aut cogitauit donare ipsam dotem seu quātitatem dotis, aut actiones competentes pro dote, aut competituras, sicut in instrumēto donationis continetur. Si cogitauit donare ipsam donem seu quantitatem dotis donatio nulla: quia cum sit inter viuos † dictum est, certum est, quod constante matrimonio non potuit alienare etiam consentiente marito: vt in. l. rem in pręsenti. §. & cūm lex. insti. quibus ali. licet circa prin. cūm enim ius dotis sit incorporale, pro re mobili est habendum, vt no. ff. de verbor. signi. l. mouentium. & ideo rectè inducitur. §. & cum lex. insti.
4 quibus ali. licet. † Item, si cogitauit donare actiones pro dote competentes, donatio nulla, quia cōstante matrimonio secundum opin. probatam, nulla actio competebat pro dote, vt not. ff. de bon. dan. l. sed si alia. & de dote præle. l. pater. Item patet, quia vbicunque dubia spe-
5 cies † est debitum iri, quia futurus euentus habet se ad esse & non esse, ibi medio tempore nulla est obligatio, & nulla actio, vt de verbo. sig. cedere diem. & de condi. & de. l. lega. l. sub cond. & l. hæres meus. & quando dies leg. cede. lege
6 si cum hęres. Sed in dote est † dubia spes de iure communi: quia si matrimoniū soluitur culpa vxoris nulla competit repetitio dotis: vt de repu. l. consensu. & solu. matrimo.. l. Lucius. ergo constante matrimonio nulla nata est, si maritus non inchoat malè vti substātia sua. Itē & secundum cōsuetudinem ciuita. Parmæ

mæ similiter dubia spes est quia si vxor præmoritur, nulla competit repetitio dotis.ergo matrimonio constante nulla est actio.Item,si cogitauit donare actiones competituras,similiter donatio nulla,quia secundum consuetudinem ciuita. Parmæ,nulla erit competitura, cùm vxor fuerit præmortua. In secundo
7 †capitulo nulla est dubitatio: quia secundum statutum societatis cruciatorum quod aliis præualet Gasparinus, de quo agitur pro minori erat habendus,& ideo secundum formam statuti ciuita. Parmensis non potuit donare, nec contrahere sine iudicis authoritate. Item & de iure communi, certum est, quod non potuit donare, vt. C. si ma. fac.lege fina.& de prædiis mi.l.prædiorum. & si quidem si non potuit donare ergo nec donationis causa vxori donanti consentire vt est prædicta regul.
8 iuris In †tertio capitulo similiter dubitatio nulla: quia donatio inter viuos & non causa mortis propter vigorem pacti in donatione adpositi: vt dicta lege vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mor. Super quarto cap. similiter dubita-
9 tio†nulla: quia pater non habet administrationem in his casibus, in quibus est prohibitum ei aliquid acquiri, sed ipsi filii,si sunt maiores,aliàs si sunt minores,constituitur curator; vt in auth. vt li. ma. & auie.§. primo. In quinta nullum dubium: quia statutum cruciatorum, quod præualet aliis facit eum Gaspari. haberi pro minori: & ideò concludendum est, quod hæredes dicti Gaspari.sint absoluendi cum vt suprà probatum est donatio non tenuerit: & secundum consuetudinem ciuita. Parmæ maritus superstes debet dotem lucrari. Super sexta aut est dicendum
11 est, quod ipse † maritus videatur donare vxori,& vxor fratribus.argumentum. ff. de dona. inter virum & vxor.l. tertia. §. finali & lege se. & de iure dotium lege vir ab eo. & ideo cum fuerit inter viuos, vt dictum est non tenuit ipso iure. Item & si fuisset causa mortis,intelligeretur reuocata præmoriente vxore,cui mortis causa donatum videtur: vt lege non omnis. cum si.
12 Super † vltima iam responsum est: quia minor non potuit donari res suas consentire: & si consensit, non tenet consensus ipso iure: etiam sine restitutione: vt in lege præallegat. & ideò frustra quæritur,an mors eius sola,cui consensit, sufficiat ad confirmationem. Ratio, quia quod ab initio nullũ est,tractu temporis conualescere nullo modo potest. textus est formalis in lege quod ab initio.ff. de regulis iuris. Din. vtriusq; iuris Doct.

Additio.

a ¶Donabatur. Adde Paulum de Cast. in consilio. xcix. Dominus Alexandr. de Imola in consilio, decimoquarto prima parte.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Arbiter non potest excedere formam compromissi.*
2 *Compromissum, est species transactionis. Et ad quæ extendatur.*
3 *Contractus si quam dubitationem ad se ferat, recurrendum est, ad significationem verborum in eo insertorum.*

Consi

Consilium. XLV.



IN CHRISTI NOmine, amen. Quæstio quę vertit inter dominū Marchionem, & Martinosum fratres ex parte vna: & domi. Gerardum quondam magistri Bartolomei ex parte altera, videtur principaliter ex hoc pendere: videlicet, an obligatio ex stipulatione contracta inter prædictos. M. & Mart. & ipsis acquisita ex parte vna, & prædictum Gerardum & socios ex parte altera, sit sublata per compromissum & laudum ex eo secutū & satis apertè ostendi potest, quod non sit sublata: quia arbiter non potest excedere formam compromissi [a]: vt in lege non distinguemus. §. de officio. compromissum autem, vt per eius verba apparet, fuit de negotiis & mercationibus, & rebus gestis: & administrationis in partibus, Angliæ & alibi. specialiter & nominatim de libris & pro lib. & occasione librarum ducentarum. quinquagintatrium sterlingorum, de quibus lis, & discordia, & dissensio erat inter eos Martinosum & Cachinum & Chellum pro se, & dicto Marchione ex vna parte, & dictum Gerardum ex alia. Vnde cùm non appareat de libris mille per stipulationem promissis in ciuitate Lucanensi sequitur, quod effectus laudi seu sententiæ non potest ad prædictas libro mille extendi: & ideo ius per stipulationem quæsitum remanet saluum dictis Martini. & Marti. vt. ff. de vsufru. lege si stipulatus. in fine

2 Prætereà, sicut ex verbis compromissi apertè adparet, compromissum factum fuit de lite & quæstione & dissensione, quę erant & esse poterant & specialiter occasione rationis seu computi prædicti Gerardi in partibus Angliæ & alibi. Quæstio autem & lis de qua agitur, non oritur occasione computi: sed occasione promissionis factæ per Domin. Gerard. & socios prædicto. Martino. pro se & dicto Martino. suo germano: & ideò inconuenienter dici potest, quod per compromissum & laudum ex eo secutum intelligatur: quia compromissum, est species transactionis [b]: vt notat. in authentico vt diffe. iudici. §. si verò contigerit. transactio autem, etiam per generalissima verba concepta, ad ea sola extenditur, de quibus controuersia erat, & alia non comprehendit, vt C. de transactio. lege si de certa. & lege age cum Geminiano &. ff. de transactio. Cum Aquil. & lege qui cùm tutoribus. & lege non est, ferendus. cum ergo per verba compromissi non adparet compromissum fuisse de lite quæ esse poterat de mille per stipulationem promissis, sequitur quod ipsorum mille petitio non intelligatur sublata Prætereà, cum dubitatio ex con-
3 tractu † descendit, recurri oportet ad signification. verborum in contractu, insertorum: vt. ff. de verborum significatione lege nepos proculo. & argumentum de verborum obligationi. lege ita stipula. §. Grisogonus. verba autem compromissi ita se habent, quod compromissum fuit de lite, quæ, erat vel esse poterat occasione rationis, seu

seu computi dicti.G. Quæstio autē, quæ nunc agitur, non descendit à ratione seu computo prædicti.G. sed ex quadam promissione per ipsum.G. & socios facta.& ideò mihi Di.de Muxel. videtur omnibus diligenter inspectis, quòd dicta actio ex promissione descē dens sit firma & valida, nisi per dictum. G.& socios probaretur perdita vel pecuniæ restitutio. vel quòd restitutioni æquipolleret per quæ prædicta promissio inutilis redderetur. Dy.

Additio.

a ¶ Compromissi. Ad hoc facit, quod consuluit do. Soci. in consi. xx. incipien. visis actus & productis circa princi. j. parte. quòd arbiter sequi debet formam compromissi. nam in eo tanquàm stricti iuris veniunt solùm ea, de quibus specialiter actum est.

b ¶ Transactionis. Adde idem infrà in consilio. l.

c ¶ Non comprehendit. Adde Pe. de su. in l. de his rebus. ff. de arbi. & Pau. de cast. in consilio septuagesimosecūdo & tex. in. l. cùm dies. ff. de arbi. §. plenum. & do. Soci. in consilio ducentesimovigesimo incipi. visis compromisso laudo. ver sic. confirmatur ista conclusio. in secunda parte & in consil. ccxcix. incipien. capio primum consultationis articulum. in princ. ibi nam compromissum in ea parte. & in consil. cclxxxiij. incipi. Eleganter & iuridicè. ver. præterea respōdeo. in. d. parte.

SVMMA CAPITA.

1 *Dominus an possit reuocare traditionē à procuratore factam, vel rescindere contractū ab eo celebratum.*
2 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
3 *Dotis titulus, est habilis ad vsucapiendum*
4 *Procuratorem fines mandati non excessisse, vnde colligatur.*
5 *Procuratorū pars sequens, potest ampliare & declarare præcedentem.*
6 *Testes septem legitimè probant.*
7 *Fama, semiplenam probationem facit.*
8 *Pubes factus, testimonium ferre potest de his, quæ vidit in pupillari ætate, pubertati proximus.*
9 *Pubertati proximus, quando quis dicatur*
10 *Testes omnes, eodem modo deponentes, non probant, tanquàm singulares.*
11 *Procurator in causa, quam suscepit procurandan, non potest esse testis.*
12 *Factum alienum nemini nocet.*
13 *Probandi contra instrumentum ratio.*

Consilium XLVI.



IN CHRISTI NOmine, amen. In quæstione, quæ vertitur inter dominum Ioan. de vitiis ex vna parte, & d. Ro. de sancto vitali, ex altera, consilium mei Di. de muxel. tale est, videlicet, quòd dominus. R. prædictus absolui debeat à petitione. d. Ioan. quia aut certum est, quòd procurator dicti. d. Ioan. constitu-
1 tus ad † filiam maritandam: & ad dotē constituendam seruauit formam mandati: aut certum est quòd excessit: aut dubitatur. Si certum est, quòd excessit formā mandati: & tunc tenet constitutio dotis facta per eum modum, qui adparet in instrumento dotali. nec. potest à do-

à domino reuocari:quia factum à procuratore,de domini voluntate factum reputatur:vt de vi & vi ar.leg.prima.§. deiecisse.&.§.se.& de regu.iur.l.hoc iure.§.deie.& insti.de rerum di.§.quo idẽ & de acqui.re.do.qua ratione.§. nihil. Vnde qua ratione dominus non posset reuocare contractum à se celebratum & traditionem à se factam:vt.C.de rescin.vend.l.de contractu.& de contrahen.empt.l.non idcirco.& si certum pe tatur leg.eod.quòd eadem ratione non potest rescindere contractum à procuratore celebratum,vel reuocare traditionem à procuratore factam. Si certũ est ,quòd excesit formam mandati, tunc verum est quòd tradendo ab initio,non potuit dominium transferre:

2 quia † fines mandati diligenter custo-

a diendi sunt[a]:vt.l.diligenter.&.l.si quis pro eod.ff.manda.&.C.mandat.l.cum mandati.tamen cùm prædictus.R. probauerit per maximum numerum testium,se continuè possedisse spacio.xx. ann.& per testes etiam & per instrumẽtum dotis probetur de titulo dotis,sequitur quòd ratione longæ præscriptionis sibi quæsiuit dominium vtile: licet procurator in tradendo formam mandati excesserit:vt patet euidenter in casu.l.ff.pro emptio.l.qui fundum.§. pro cu.Item,patet positio quòd casus non esset, quòd quicunque accipit rem à non domino, quem credidit dominum vel habere authoritatem à domino, præscribit tempore longo: vt dicto.§.

a procura.secundo responso.& eodem ti-

3 tulo leg.final.Cum ergo † titulus dotis sit habilis ad vsucapiendum : vt de acquirenda possessione leg.quarta.§. fi nal.& pro dote.leg.prima & per totum. sequitur quòd dominus Romanus dominium per præscriptio.quæsieri:vt le ge si quis emptionis . C . de præscrip. triginta annorum . Item, si dubitatur vtrum procurator excesserit mandati formam vel non,eodem modo certum est domi . B.tutum esse præscriptione longæ possessionis: quia si præscribit eo casu, quo constat procuratorem fines mãdati excessisse,vt probatum est suprà per.§.proc.multò fortius præscribit eo casu,quo dubitatur,vtrũ excesserit vel non excesserit fines mandati.

4 †Prætereà,etiã ex forma instrumenti procurationis potest ostendi,licet necessarium non sit,ex quo de præscript. lon.probatur:quia proc.nõ excesit formam mandati:quia in instrumento dicitur in quadam parte : & ad maritandum,& procurandum vnam suam filiã viro suo futuro:& ad promittendum & dandum pro sua dote omnes possessiones,quas habet in confinibus castri noui.Vnde cùm dare & promittere possessiones pro dote, dupliciter sumi posit, vno modo,vt ipsæ possessiones promittantur , & dentur in dotem : alio modo pro dote id est,pro eo, quod esset debitum nomine dotis : & procurator alterum istorum fecerit , videlicet , quia pro dote in pecunia promissa possessiones dedit . Sequitur , quod procurator non excesit mandati formam. Nam

5 hoc colligitur ex sequenti parte procuratorii , quæ potest ampliare & declarare præcedentem:vt de hæredibus instituen.l.qui non militabat.§. Lucio.& de testamen.lege hæredes palàm. §.& si notam & de legatis primo seruus plurium

rium.§.final.& de leg.tertia leg. nummis. Vnde cùm in alia parte procuratorii dicatur:& generaliter,qui veri & legitimi procuratores habentes liberum & generale mandatum, facere possunt sicut ipsemet in prædictis seu aliquo prædictorum melius facere potest, vel possit seu poterit,sequitur, quòd sicut ipse dominus poterit vel promittere & dare possessionem in dotem, vel pro dote in quantitate promissa dare promissiones:ita & procuratores poterunt ex vigore potestatis eis cōcessæ.ex quo manifestum est,quòd formam mandati non excesserunt. Vnde restat vide
6 re(licet superuacuò)de effectu† probationum per vtranque partem inductarum.& certum est,quòd dominus. Romanus legitimè probat, quia per septem testes, videlicet per dominum Petrum & per dominum Iacobum, & dominum Antonium & dominum Bernardum & dominum Paulum & dominum Martinum & magistrum Romanum quòd possidet iure proprio titulo dotis seu titulo pro emptore: quia res æstimatę fuerunt pro dote traditæ. Itē de titulo probatur, per instrumentum manu Feculphi confectum. per quem cuilibet patere potest de iure domin. Roman. sufficienter esse probatum.
7 Item,†de iure,domin. Ioannem probatum est semiplenè tantummodo:
b quia per famam tantum [b] & semiplenam probationem facit:vt not.in lege tertia.§.eiusdem.ff.de testi.testes enim qui deposuisse videntur pro domino Ioan.supradicto in illo capitulo, quod pro eo facit,videlicet, Item, quòd pro cautela & securitate octuagesimo libro imperialium de prædicta dote,quæ super erant ad soluendum petiæ terræ in libello confinatæ,traditæ fuerunt tanquàm pignus & securitas dicto domino G.recipienti pro dicto Roma.filio suo donec.lxxx.lib.imperialium soluerentur eis,reprobari possunt.& quilibet singulariter,& omnes vtiliter,singulariter
8 sic.Nam Ioan.†reprobari potest ex eo, quia constat per instrumentum quòd xxij.anni sunt quòd possessiōes de quibus agitur, fuerunt pro dote datæ. & ipse deposuit, quòd habebat ad plus. xxxij.annos.per quod patet. quòd eo tempore,quo dicitur pactum fuisse factum,habebat solummodo.x.an.& leg. cauetur,quòd pubes factus ita demum potest testimonium ferre de his,quæ vidit in pupillari ætate,si tunc erat pubertati proximus,& non aliter: [c] vt pa- c
tet.ff.ad Sili.l.excipiuntur leges autem
9 dicunt illos† esse proximos pubertati, qui distant à pubertate per vj. menses: vt.ff.de exc.tu.l.non tamen in princip. Cùm ergo dictus Ioā.distaret per quatuor annos,sequitur,quòd nō potuit testimonium ferre.Item gloss.debent ꝙ puberta proximus appellatur ille, qui adminus habet decem annos. &,dimidium:vt.ff.de regul.iuris leg.pupillum & de nouat.leg.prima. Cùm ergo Ioannes prædictus tempore contractus celebrati non habuerit perfectè decem annos. & dimidiū,sequitur, quòd non potuit testimonium ferre. Item dominus. Gerardus repellitur: quia dicit, quòd audiuit dici à domino Gerardo de sancto Vitali,quòd terræ confinatæ in libello,fuerunt traditæ tanquàm pignus,& pro cautela & securitate. lxxx. libr.

libr.imperialium:non autem deponit,
quòd pactum factum fuit inter domi-
num.G.ex vna parte,& procuratorem.
d.Ioan.ex altera, quòd essent pignus,
pro cautela & securitate.lxxx.lib.impe
rialium.vnde si verum sit, quòd domi.
G.talia verba protulerit,prolatio nihil
10 operatur. Primò, quia proponitur† ꝙ
aduersario abente ipse vel procurator
talia verba protulit:& ideo prolatio nil
operatur:vt.ff.de confessis.l.certum. §.
si quis absente:& not.C.de sacro.sanctę
ecclesi.l.illud.&.ff.de a cti.& ob.l. con-
sensu:& eodem modò reprobari pos-
sunt omnes,qui prædicto modo depo-
suerunt:& quia omnes prædicto modo d
deponentes,videtur singulares, & ideò
nulli credendum. Item reprobari pos-
sunt omnes prædicti communiter:quia
proponitur quòd sociauerunt prædi-
ctum domi.Ioan.in causa.& ideò repel
li debent ex forma cuiusdam statuti,
quod dicitur esse Parmæ.Item.d.G.vra
11 nus,quia†proponitur & adparet per in
strumentum,quòd fuit procurator ad
prædicta:& ideo non potest vt testis in
terrogari, nec interrogatus deponere:
vt not.ff.de iure fisc.l.deferre. §. sed &
communem. Item,quia sua interesse vi
detur,cùm de suo facto agatur, vtrum a
excesserit formam mandati vel non,&
propterea repellendus:vt. ff.de testi.l.
nullus.&.C. de testi...omnibus. Item,
domina Sexta reprobatur: quia non de
ponit quòd pactum factũ fuerit, quod
esset pignoris loco,per.d.G.nec eo præ
sente,nec per aliam personam,quæ pro
betur ab eo habuisse mandatum paci-
12 scendi. Vnde†factum per aliam perso- b
nam,non potuit do.G.vel eius filiæ pręiudicare:vt de pactis.si vnus.§. ante o-
mnia.Item,quia deponit,quòd res tradi
tæ fuerunt in domo domini Prandonis
rubei:& tamen adparet per instrumen-
tum quòd traditæ fuerunt in episcopa-
tu Parmæ in villa de Ellus in domo do-
mini Iacobi areti.& ideo eius depositio
ni nullo modo credendum.Item repro
bantur omnes prædicti testes.vel quia
13 l.cauetur,quòd qui†vult probare con-
tra instrumentum, habet probare per
maiorem numerum testium,quàm qui
bus æquipolleat instrumentum.vnde si
instrumentum æquipollet duobus, tũc
oportet probari per tres testes.si tribus
per quatuor d:vt not.in authen.de fide
in.§.si verò aliquid.Item in alia lege ca
uetur,quòd instrumentum videtur con
tinere authoritatem tot testium, quot
in eo reperiuntur:vt patet.C.qui testa.
face.poss.l.hac consul.& no.C.de fidei-
com.l.fi.Cùm ergo instrumenta dona-
tionis contineant v.testes Sequitur, ꝙ
non potuerit per minorem numerum
contra ipsum deponi,hoc est,quòd res
aliter se habuerit,quàm in instrumento
contineatur. Din.

Additio.

a ¶ Sunt. Adde gloss.in capitul.porrò.de
priuilegi.& Ioannem andræam in ca.
final.de restitu:sponsia.& plenè per An
dre.de iser.in cap.primo quo tempore
nul.lex.in.l.si procurator.C.de procu-
ra.& Specu.in tit.de arbi.§.viij. versic.
quid si actum est.& in titu.de citatio.§.
iiij.versi.quo facto.& Feli.in.c.cũ olim
in fin.de offi.deleg.

b ¶ Per famam tantùm. Adde idem Di-
ni.in leg.cùm de lanionis.§.asinã.ff.de
fun.

fun.instruc.& Feli.in.c.veniens. el primo. de testib.& in.c.cùm oporteat.de accusat.&.do.Alexan.de Imo. in consil.xix.& in consil.xcvj.quarta parte.& Ange.Aret.in tracta.malefic.versic.fama.& adde do.Soci.in consil.cclxx.incip.consideratis his.versic.ista conclu. circa medium. in.ij.parte. quòd licet fiat per famam semiplena probatio: tamen fortior est illa vnius testis & magis certa. Limita tamen prædicta, nisi in antiquis:quia tunc probatio per famam,est plena probatio: vt per Feli. in.c.cum causam. de probat.in versic. est verum. in fi.versic.cum remis.quæstio.v.ibi dedi.

c ¶Et non aliter. Adde Bart.in.l.notionem.§.j.in glo.vlti.de verbor.signific. & in.l.ad testium. §.j.versic.per hoc dicit glo.ff.de testibus.& vide Felinum, in.c.cùm nobis.ante medium. de præscriptionibus.

d ¶Per quatuor. Tu ad materiam hanc vide late domi.Felin.in.c.cùm Ioannes.de fide instrumentorum. versi.prima conclus.cum plur.seq.& quod ibi dixi in apostil.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Dominium non potest in alium transferri sine traditione vera, vel quasi. Et quæ dicatur quasi vera traditio.*

2 *Traditio vera vel quasi,requiritur,in acquisitione quasi dominij: cuius ratione publiciana datur.*

3 *Actionis in rem cessio, an dominium transferat.*

4 *Publiciana datur ex causa diuisionis & adiudicationis.*

Consilium XLVII.



N CHRISTI NOmine,Amen. Visa & diligenter examinata petitione per Guicellum porrecta nomine suo & filiorum,& visis omnibus his,quæ prudenter & subtiliter allegantur per aduocatum actoris:& visis,quæ obiiciuntur petitioni & responsionibus, quæ contra oppositiones fiunt, & visa sententia absolutoria contra Guincellum prolata: videtur mihi Din.de Muxel. quòd illa verba in petitione inserta: videlicet,dicens ad se & prædictos, pro quibus agit,& quorum nomine agit, vt dictum est, pertinere iure dominii, vel quasi, non propriè potuerunt in petitione adponi:quia dominium non pertinebat ad actores. non enim adparet quòd tempore transactionis & cessionis factæ per syndicum monasterii, possessio esset penes monasterium, vel penes Guincellum & filios. nec adparet posteà, quòd tractu temporis ille Guincell.& filii fuerunt possessionem adepti. & ideo constat eos habere dominium:quia non potuit sine traditio-

1 ne vera,† vel quasi traditione,quæ est, quando is, qui transfert, constituit nomine illius, in quem transferre intendit, vel præcariò ab eo rogat: vt hæc probantur.ff.de action.empti & vend. l.Quintus Mutius. & de rei vendic.l.si ager.& de actio.& obligat.l.obligationum substantia.& de acquiren.possess. l.quod meo nomine. &.l. interdum. Item eadem ratione non habent quasi

2 †dominium:quia in acquisitione quasi domin

dominii, ratione cuius publiciana datur, requiritur etiam traditio vel quasi traditio, vt de pub.l.j.&.l.traditionem. &.l.si 'ego. §.j. tamen bene habebant actionem in rem, quæ monasterio cõpetebat: quia illæ bene potuerunt per cessionem transferri: vt.C.de hæred. vend.l.fin.& cum cessio facta esset authoritate domini episcopi, qui per trãsactio.concessit ex eo, quia videbat conditionem monasterii constituti meliorem, certum est eam tenere: vt in.c.fine exceptione.& arg. C.de transact.l.præses.&.ff.de furtis.l.si pign.§.fin.&.l.interdum.§.qui tutelam. & ideo debebat prædictis actoribus restitutio fieri tanquam procuratoribus in rẽ suam. Tamen quia dixerunt ad se pertinere iure dominii vel quasi, & hoc ostenderunt: quia de possessione sua vel de possessione monasterii, quæ eis prodesse deberet, nihil probauerunt, verisimile iudicantes motos fuisse ad iudicandum, nec ius petendi nouo iudicio reseruasse.

3 Ille enim cui † ceditur in rem actio, non habet propterea dominium vel quasi: secundum opinio. communem. licet habeat in rem actionem directam nomine cedẽtis, & vtilem nomine suo: vt glosatur famil.ercisc.l.& ideo melius est formare petitionem de nouo, quàm procedere in petitione antiqua in causa appellat. quia fortè etiam alii consultores eadem ratione mouerentur ad dicendum absolutionem faciendam saluo iure petendi in alieno iudicio, visa forma petitionis: & examinata etiam forma transactionis, videtur mihi, quòd transactio de iure teneat, & cessio facta: sicut probatum est suprà, adeò quòd si de nouo agatur, nihil obstare debet actoribus: quia persecutio cuiuslibet iuris monasterio acquisiti, translata est per monasterium, siue per syndicum monasterii in actores: & ideo si monasterio competebat per ingressum Bartholomeæ directa vel vtilis in rem, illa translata est per cessionem in

4 actores. Item † & si competebat Publiciana propter titulum diuisionis & adiudicationis ex causa diuisionis factæ, de qua nullo modo negari potest, & illa similiter translata est in actores, forma verò petitionis esset aperta hoc modo: Coram vobis domino &c. dicit & proponit talis quòd diuisio talis domus, facta fuit inter tales: & quòd ex causa diuisionis adiudicata fuit tali dimidia talis domus: & quòd tali cui adiudicata fuit, successit quædam sua filia, quæ vocabatur Orlandega siue Bartholomęa: & quòd eadem Orlandega ingressa fuit moñ. sanctæ Iustinæ: & ibidem professa, & quòd illam dimidiam partem domus possedit prædicta Orland. seu tutor eius tutorio nomine pro ea. Item quòd syndicus prædicti moñ. sanctæ Iustinæ egit contra Guin. & eius filios, nolens & intendens ab eis auocare prædictam dimidiam partem domus, & de prædicta lite authoritate domini episcopi: quia videbatur expedire moñ. suprà dicto transactum fuit inter prædictum Guin. & eius filios ex parte vna: & prædictum moñ. seu syndicum prædicti moñ. ex parte altera: & quòd syndicus prædicti moñ. authoritate domini episcopi ex prouisa & benecognita vtilitate moñ. cessit & dedit & tradidit gentili filio Guin. pro se &

fratre recipiente,& ipsi Gui.pro legitima administratione eorum omnia iura,& actiones, rationes, vendicationes, & cōditiones in rem, & in personam, & mistas sibi competentia,& competitura in bonis & rebus & etiam in iuribus petitis,& inquantum ad suprà dictum moñ.& dominam Bar.pertinet aliquid de prædictis: & si quid pertineret, & in omnibus aliis sibi competentibus & competituris contra communem personam & locum & collegium & vniuersitatem, occasione prædictarum hæreditatum, vt ea possint prosequi in causa & extrahære, & retinere,vendicare,& cōtradicere, & omni alio iure petere, quo moñ.& moniales & ipsa domina Bar.possent,cōstituens procura.& dominos in rem suam,& cedens omnia iura vendicationes, & alia si qua eis competunt vel cōpetere possunt: & prædicta bona & res se constituit pro prædictis precariò possidere. pro quibus omnibus habuit pretium. lv.lib.Quare cùm prędicta pars dimidiæ domus possideatur seu detineatur per tales, petit eos condemnari ad restitutionem eiusdem partis Guin.& filiis tanquàm dominis seu procuratoribus in rem suam, ex iure eis cesso per moñ.seu per syndicū moñ.suprà dicti.

SVMMA CAPITA.

1 *Libelli inepti forma.& nu.4.7.*

2 *Processus nullus,lite non contestata, super ipso libello.& nu.5.8.*

3 *Causam ciuilem & criminalem vno libello concludere,iure prohibitum est.*

6 *Actor succumbit, nisi legitimè contenta in libello probauit.& nume.9.*

10 *Indictio, est de substantialibus instrumentis cuius obmissio instrumentum vitiat.*

11 *Dicta in præcedentibus,intelliguntur repetita in sequentibus, vbi inter ea inest aliqua continuationis series.*

12 *Sequentia iudicantur ex comparatione præcedentium.*

13 *Probare contractum, & probare confessionem de contractu.paria sunt.*

14 *Confessio omnis cum causa, maximè in scriptis redacta,plenum præiudicium parat confitenti.*

15 *Confessio verbalis, tantum operatur ad ostendendam obligatam personā confitentis,quantum operaretur traditio facta cum causa, ad translationem dominij.*

16 *Feudatarius num similis fructuario.*

17 *Feudum recognoscens, per confessionem videtur feudum à se abdicare,si dominus erat: & dominium transferre in eum, á quo recognoscit.*

18 *Præscriptio minor xxx.ann.in rebus existentibus penes feudatarium,est remota.*

19 *Feudatarius an possit feudo renuntiare inuito domino.*

20 *Domino quænam actio competat contra feudatarium.& nu.22.*

21 *Mos eiusdem est authoritatis,atque lex.*

Consilium XLVIII.



IN CHRISTI NOmine, Amen. In † quæ- 1 stionibus, quæ vertuntur inter Landum quondam domini Hug. syndicum vniuersitatis, & hominum de Fagnano diœce.Imol.seu ipsam vniuersit

uersitatem ex parte vna,& do.Ia.& do. Err.& do.I.do.B. monachos, Landum conuersum,presbyterum Gratiam,eius filium, presbyterum Albertum, rectorem ecclesiæ sancti Michaëlis de monte armato, Stephanum Albertum de cazola conuersum moñ.montis armati,Adrudulum & Zanellum familiares abbatis moñ.montis armati,& abbatem & monachos & conuersos moñ. prædicti montis armati, seu syndicum ipsius moñ.Boñ.diœce.ex parte altera: Coram reuerendo viro domino Cora. archipresbytero plebis sanctæ reparatæ de castro claro del.veñ. patris domini Aldebrandini Dei & apostolicæ sedis gratia episcopi Aretini, prouinciæ Romandiolæ comitis,& generalis rectoris in spiritualibus & temporalibus per sanctam Romanam ecclesiam. Visis & diligenter examinatis libellis & accusa.per prædictum syndicum hominum de Fagnano porrectis, & omnibus processibus factis circa ipsos libellos seu accusationes, & depositionibus testium per vtranque partem productorum. Super primo libello, cuius tenor talis est: Coram vobis venerabili patre do.Alde.Dei & Apostolicæ sedis, gratia episcopo Aretino, prouinciæ Romandiolæ comite,& generali rectore in spiritualibus & temporalibus per sanctam Romanam ecclesiam, Landus quondam domini.H. de Fagnano Imol.diœce. syndicus & procurator communis,& vniuersitatis & hominum de Fagnano refert, denuntiat & accusat.do.Ia.do.Err.do.Io. do.B.monachos. Landum conuersum, presbyterum Gratiam,eius filium,presbyterum Albertum rectorem ecclesiæ sancti Michaëlis de monte armato, Stephanum conuersum, Albertum de Cazoli,conuersum moñ.montis armati,& Drudulum & Ioannellum familiarum abbatis moñ. montis armati, Boñ.diœcesis.Quos dicit,de anno proximo præterito de mense Maii de nocte cum guernimentis nocumentis, armis offendibilibus & defensibilibus furtiuè & malo modo authoritate propria iuisse ad quendam fossatum seu laborerium communis & hominum terræ Fagnani diœce.Imo.positum in curia Fagnani communitatis Imo.iuxta flumen selleris,& ipsum fossatum seu laborerium in maximum damnum & præiudicium communis vniuersitatis explanasse & derocasse,& destruxisse ipsum laborerium. Quare cum prædicta res sit mali exempli, petit syndicario nomine dicti communis prædictos,& ipsorum quemlibet puniri & condemnari secundum formam iuris & bonum regimen, ita vt exemplo cæteri terreantur,& damnum emẽdari vulgata. l.vt vnius pœna sit metus &c. Consilium domini Allegratuccii de mezouillanis iuris periti,& mei Din.de Muxel. tale est, videlicet, quòd prædicti omnes & singuli accusati & conuenti ciuiliter, quorum nomina in libello superius † sunt expres- 2
sa,debeant absolui ex eo: quia processus non tenuit ipso iure:quòd litis contestatione facta non adpareat. Item ex eo, quia ciuilis † & criminalis propo- 3
sitæ fuerunt simul in eodem libello, quod est de iure prohibitum: & quòd commune & syndicus vniuersitatis &

hominum de fagnano absoluantur ab expensis, quantum ad causam istius libelli. cum per testes in causa huius libelli productos adpareat eos habuisse iustam causam litigandi, & non temerè predictos accusatos & conuentos in
4 ius vocasse. † Super secundo libello, cuius tenor talis & corā vobis veñ. patre domino Old. Dei & apostolicæ se. gratia episcopo Aretiñ. puinciæ Romandiolæ in spiritualibus & temporalibus per sanctam Roma. ecclesiam comite, & generali rectore, Landus filius quōdam Hug. de fagnano, Imol. diœc. syndicus & procurator communis & vniuersitatis dictæ terræ Fagnani intuitu pietatis & suorum peccatorum remedio, concesserunt Abbati & moñ. montis armati, Boñ. diœc. domum seu hospitale, vocatum hospitale Ronchi, iurisdictionis ipsius communis, positum in curia Fagnani, sub hac conditione, quòd idem Abbas, monachi & conuersi debeant in ipso Hospitali retinere & retineri facere lectos pro pauperibus hospitandis, nec diuina celebrentur officia: sed in ipsa domo & hospitali morantur continuè banniti, robatores, meretrices, & homines, & mulieres malę famę. Supplicat dict⁹ Syndicario nomine, dicti communis & vniuersitatis, dictum abbatē, & monachos, & conuersos puniri de tanto scelere & tali: necnon & constringi ad reaptationem dicti hospitalis, taliter quòd ibidem celebrentur diuina officia, & pauperes more solito hospitentur.
5 Consilium suprà dictorum † dominorum tale est, quòd prædictus Abbas monachi & conuersi absoluantur ab illis omnibus, quæ in libello continentur: tum quia, super ipso libello litis contestatio. facta non adparet: tum etiam, quia posito quòd litis contesta-
6 tio. facta † fuisset, ea quæ continentur in libello non sunt probata legitimè. & quòd syndicus & commune hominum de fagnano condemnentur syndico moñ. seu ipsi mon. suprādicto in expensis factis occasione istius libelli, & litis & controuersiæ, quæ ex isto libello processit: declarandis iuramento dicti Franci. syndici & abbatis mona. montis armati, per iudicem tamen
7 taxatione præmissa. Super † tertiò libello cuius tenor talis est: coram vobis venerando patre dominum Aldri. dei & Apostolicæ sedis gratia episcopo Aretino, prouinciæ Romandiolæ in spiritualibus & temporalibus. per sanctam Romanam ecclesiam. generali rectore, Landus filius quondam Hugo. de Fagnano, Imola diœc. notificat dominum Ioannem abbatem montis armati, Bono. diœce. quia fecit, tractauit & ordinauit, quòd infrà scripti sui monachi, & conuersi, & familiares interfecerunt dominum Iacobum, monachum dicti monasterij in Hospitali Ronchi curiæ fagnani, & ipsum dominum Iacobum, post occisionem exportauerunt de ipso hospitali Ronchi, & ipsum sepelierunt in loco turpissimo, vocato riuus butiri curiæ Fagnani: & prædicta fuerunt currēte millesimo ducentesimooctuagesimooctauo, indictione decimatertia. Nomina monachorum & cōuersorum, hic sunt: Bon, Er. dominum Ioannem dominum Bona. dominum Iacobum monachi.

Lan

Landus conuersus, præsbyter bona Gratia, eius filius, Stephanus conuersus Albericus de Cazola conuersus.
8 † Consilium prædictorum dominorum tale est, quòd dominus Abbas prædictus & monachi & conuersi & omnes & singuli, quorum nomina in libello sunt, absoluantur ab his omnibus, quæ in suprascripto libello obijciuntur: quia de litis contestatio facta super ipso libello nihil adparet. Item
9 † posito, ꝙ adpareret ea, quæ in ipso libello proponuntur, non sunt probata sufficienter: & quòd syndicus & cõmune hominum de Fagnano condemnentur in prædictis: quorum nomina continentur in notificatione præmisse seu ipsorum procuratori in expensis per iuramentum legitimè secundum iuris ordinem declarandis In
10 † prima quæstione videtur proponi instrumentum esse sine indictione, cuius indictionis obmissio videtur instrumentum vitiare, cum sit de substãtialibus.[a] vt in authentico. vt præpo. no. Imperator in princip. & de instrumentis causis. in summa ipsius titu. Verum, quia proponitur, quòd in eadem pagina & in serie continuationis actorum ipsius tabellionis adposita fuerat indictio, dici fortè posset, quòd ex vigore continuationis repetita videatur indictio in sequentibus. argumen. ff. de edendo. l. si quis ex argentar. §. si initium. & de legatis. iij. l. in repetendis. &
11 quia † vbicunque est aliqua continuationis series inter præcedentia & sequentia, ibi quæ in præcedentibus dicuntur, intelliguntur in sequentibus repetita: vt de lega. j. l. licet imperator. & de leg. ij. l. si mihi & Titio. §. Iul. & l. cũ pater. §. ab intestato. & de verb. obligatio. Titia. §. idem respon. maximè, cum repetitio tacita præiudicium ro-
12 bur tribuat sequentibus. † Præterea, sequentia indicantur ex comparatione præcedentium, per quam adparet ꝙ in præce. dicta, intelliguntur in sequentibus repetita: vt. l. seruus pluriũ. §. fina. de lega. j. & de leg. iij. l. nummis. & l. hæredes. §. sed si notã, de testa. Super eo verò, quòd quæritur, vtrum illa confessio, in qua confitetur se habere ex causa feudi, præiudicet confitenti & habeatur pro veritate: quantum ad præiudicium cõfitentis, ostendi potest, ꝙ præiudicare debeat confitenti: quia
13 probare contractum, † & probare confessionem de contractu, paria videtur: argumen. in authen. de testi. §. & licet. Sed probatio cõtractus feudi, plenum præiudicium pararet ei, qui asseritur feudatarius: patet de consuetudine recti feudi. & in tit. de inuestitura. coll. x. ergo & confessio de cõtractu siue pbatio confessionis plenum præiudiciũ confitenti seu ipsius hæredibus parat.
14 Præterea constat, quòd † omnis cõfessio cum causa, & maximè in scripturam redacta, plenum præiudicium parat confitenti. C. de non nu. pecu. l. generaliter. & de do. l. quidã in iur. interrogatus, quia ꝙ quisque cõfitendo proprio testimonio dilucidè protestatur, non potest ex pœnitentia reuocare: vt
15 d. l. generaliter. in fin. † Præterea, ꝙ oparetur traditio facta cũ causa quãtũ ad translationẽ dominij, operari debet verbalis confessio, quantum ad obligatam ostendendam personam confiten-

tis: argumen.ff.de do.l.si patronus.§.j. &.C.ad.l.Falc.l.fi. Sed si verè traderet, & ex causa feudi constat dominium in eum, cui fit traditio, transferri: ergo si non traditur, sed verbalis confessio exponitur, cùm verbalis confessio ex causa, sicut hic fuit, quantum ad præiudicium confitentium pro veritate habeatur: vt.l.public.§.Lucius.ff.deposi. Sequitur, quòd in proposito pro vera
16 feudi constitutione habeatur. †Præterea, ostenditur argu. cui responderi non potest. cauetur enim in iure, quòd feudatari' est similis fructuario: vt patet, in quib' causis feu.ad.§.in primis. col.v.& no.de inuestitura de re.alie. fac.§.ex contrario. Sed ille, qui retinet vsumfru.constituendo se fructuarium, videtur hoc ipso in alium proprietatē transferre: vt. C. de do.quisquis. ergo ille qui se confitetur vel cōstituit feudatarium, hoc ipso transferre videtur directum dominium, & omne, id quod domino, solet competere in dominiū,
17 cuius fauore exponit. † Præterea, patet expressa parificatione. id est contractu ad confessionem contractus: q a ex qua tantum dominium, & econtrà: vt.ff.de pub.quicunque. Sed si rem, cuius dominium habeo, conduco siue causa conductionis recognosco ab alio, illud quasi dominium quod in me est, videor quasi à me abdicare, & in alium transferre: vt de acquiren. possessio.l. qui bona fide.in princip.&.l. interdū. in princip.&.§.fina.& pro empto.l.qui cum pro hærede. Ergo recognoscēs nomine feudi, per confessionem videt si dominus erat, à se dominium abdicare, & in eum à quo feudum recogno-

18 scit, transferre. Super † eo vero, quod dicitur, quòd fecerūt per.xxx.an.& vltrà, siue per longissima tēpora, posset dici, ꝙ quantū ad possessiones, quæ penes feudatariū fuerūt p̄scriptio non cucurrit domino: arg.C.de presc.xxx. ann.l.ij.quia cū possideret ciuiliter, medio tēpore, antequā alij fieret traditio, sequitur ꝙ contra eum non potuit inchoari prescriptio: vt no.in.l.seruū fugitiuū.in fin.magnæ gl.C.de seruis fu. gi. Sed in rebus, quæ fuerunt alienatæ in alios: licet tex.dicat ꝙ reuocari possunt nulla tēporis prescrip. obstante, vt de capitulis Corra.§.præsta.& in constit.Fed.imperialem decet &c.§.j. col.x.tamen gl.ibi dicūt ꝙ sola prescriptio minor.xxx. an. videtur amota. Itē
19 super eo † vtrum inuito domino pos-
a sit feudatarius renuntiare feudo [a]. dicendū est ꝙ si feudum erit simpliciter concessum non determinato seruitio, ꝙ possit renuntiare: vt de vasallo, qui contra constitutionē Lotha.cap.j. col. x. Sed si seruitium determinatū fuerit, tunc cū personaliter ad illud seruitiū sit adstrictus, non possit renuntiando ab alio personali vinculo liberari.& ita determinatū videtur in.§.similiter de capita.qui cu.ven.& ar.est ad prædicta.ff.de vsufr.l.cum fructuarius.& si serui.vendi.l.& si fortè.§.etiam.& de leg.ij.licet.§.si centū legatis.in fin.§.& C.de fundo pa.l.quicunque. Super eo verò, quod queritur de act.quæ dan
20 da † est cōtra feudatariū, dicendū est, ꝙ vbi seruitium certū promissum fuit ibi, si cōsistit in facto, & promissio fuit stipulatione vallata, agatur actione ex stipulatu: vt.ff.de verbo.oblig.in princip.&

cip.&.ff.si certũ petatur.l.si quis certum.Si verò nõ erat stipulatione valla ta promissio, agatur actio. præscrip. verb.vt.C.de do.l.legem & de pac.inter emptio.& vẽdi.l.ij.& de rerũ per.l. rebus.&.l.fin.&.l.cum precibus. Item, si nulla promissio interuenit,sicut videtur in proposito casu,tunc vel agetur acti.præscrip.ver.ex tacito pacto, quod ex natura feudi inesse videtur,vt feudatarius seruiat domino:vt in tit.in quibus cau.feu.amit.§.fin.ex tacito eũ pacto de onere aliquo subeundo præscri.ver.de actio.sicut & ex pacto expresse:vt.ff.de do.l. hæreditate.& ibi no.Item dici posset,quòd agetur condictione ex moribus.constat enim.quod
21 mores † eiusdem videantur authoritatis:cuius est lex scripta:vt.§.ex non scripto.institu.de iure na.&.ff.de le.de
a 22 quibus.Qua ergo ratione † si obligatio per legem inducitur,nec est cautũ quo genere actionis agatur,agitur cõdictione ex.l.vt.ff. de condi.ex lege.l. j.& de adul.l.si postulauerit.§.fina.cũ l.se.Eadem ratione,quæ inducitur per mores in feudi consuetudine,agitur cõditione ex moribus.& ita videtur,licet breuiter,determinatũ esse de capi.qui cu.ven.c.vlti.colũ.x.

Additio.

a ¶ De substantialibus.Adde quòd per eundem Dn̄. habetur. suprà consilio xiij.& in consilio.xiiij.& quòd ibi dixi.in apo.

b ¶ Feudo.Pro cuius articuli decisione, vide latè Felin.in capitu.quæ in eccle. post me.in versicu.in eadem gloss.ibi. l.interdum de constitutionibus.ibi dixi in aposti.

SVMMA CAPITA.

1 *Lex cessat,cessante eius ratione.*
2 *Donatio fieri potest purè,& sub conditione resolui.*
3 *Donationis inter viuos,venditionibus assimilantur.*
4 *Donator retinens sibi vsumfructum, videtur rem tradere, & dominium transferre.*
5 *Possidens precariò, à se dominium abdicat.*
6 *Donatio quomodo probetur non esse causa mortis.*
7 *Donatio irreuocabilis, pacto de non reuocando vallata,æquiparatur donationi mortis causa.*
8 *Lex oĩs circa donationẽ,seruanda est,ex quo patet purè donatũ fuisse pactũque adpositũ.*
9 *Contractus omnis,cuius effectus post mortem confertur,perinde valet,ac si in vita contrahentium effectum adsumeret.*
10 *Pactum tollens liberam testandi facultatẽ, legibus est improbatum.*
11 *Donatio firmissima est,vbi contrahentes mutuò & inuicem sibi conferant.*
12 *Euẽtus dubius futurus vbi per vtrũque partẽ contrahentiũ adsumitur,valet quã agitur.*
13 *Hæres debet esse eiusdem potestatis & iuris, cuius defunctus.*

Consilium. XLIX.



IN CHRISTI NOMINE, amen. Thema quæstionis,super qua petitur consilium, tale est: Biblioctus, & Hugolinus quondam

quondam Abadengi, & Saxiolus eorũ nepos natus ex Fanabocio eorum fratre præmortuo, habebant communia & communiter possidebant domos & casamenta cum turri & palatiis in ciuitate Perusina, inter qua erat vnum palatium altum, & quoddam aliud casamentum cum turri & claustro, prout confinatur & declaratur in actis, tandem prędictus Biblioctus non habens filium masculum, donauit prædicto Vgolin. fratris, & Saziolo nepoti medietatem suæ partis de domibus & casamentis, quæ commune habebant in ciuitate Perusina & medietatembonorum suorum stabilium, recipientibus pro eis, & ipsorum seu alterius eorum filiis, masculis legitimis, ita quod semper totum ius in eos & in ipsos filios legitimos, qui ipsi Bibli. superuenirent, remaneret, si idem Bibli. sine filio masculo legitimo ex se nato præmoreretur, eis vel alteri eorũ aut filiis masculis ipsorum vel aliis eorum existentibus, tempore mortis eius reseruatis ipsis. Bibli. habita ratione & vsufr. rerum donatarum in vita sua. Itẽ constituit se res donatas pro eis & eorum nomine possidere: vt videbit consultor publico instrumento manu Frãcisci Simon. notarii. Posteà verò decessit prædictus Hugolinus, relictis ex se Gigio & Angel. filiis, & hæredibus suis tandem prædictus. Bibli. & Saziolus & filii Hugo. venerunt ad diuisionem domorum & casamentorum prædictorũ: in qua diuisione obuenit dicto Bibli. in partem prædictum palatium pro tertia parte pro diuiso. Prædictis verò Saziolo & filiis Hugon. venit in partem aliud casamentum, cum domibus, turri, & claustro. In qua diuisione fuit vtrique parti reseruatum expressè omne ius competens, & competiturum ex cõtractibus manu suprà dicti. Francis. notarii, qui scripsit instrumentum dictæ donationis. Posteà verò decessit Bibli. filio masculo non relicto, & sic extitit conditio prædictæ donationi adiecta, & sic efficax: & ita resolubilis facta est donatio. Et eidem Biblioct. successit domina Imiglia filia sua. Post hoc verò prædictus Saziolus nomine suo per se separatim, & prædictus Gigius & Angelus filii Hugonis per se egerunt contra dictam dominam Imagliam, & quia dictus Angelus. minor est, egit pro eo Bernardolus Steph. curator ipsius curatorio nomine, & pro medietate tertiæ partis, quam prædictus Bi. habuit iure suo ex persona, in dicto palatio alto quod sibi venit in partem, egerunt rei vend. petendo dictus Saziolus quartam partẽ ex iure & dominio eis acquisito ex prædicta donatione & traditione secuta. Item, pro tertia parte, quam habuerunt in diuisione prædicta ex iure & persona dicti Bi. in casamento, turri, & claustro. quod eis obuenit in partem quia mortuo dicto Bib. sine filio masculo, & sic extante conditione dictæ donationis, cœperunt medietatem dictæ tertiæ partis habere ex iure & causa donanationis prædictæ: & sic desierunt ex causa diuisionis habere tanquam ab hæreditate Bi. pro suo interesse & æstimatione dictæ medietatis, certam pecuniæ quantitatem: vt ex forma petitionum adparet. super quibus petitionibus fuit solenniter lis contestata, & in causis processum & probationes factæ.

ita

ita quod restat sola sententia proferenda. Vnde quæritur, quæ dictarum partium foueat iustam causam? Et quod
1 pars actoris foueat iustam causam, & pro eis sit ferenda sententia, potest manifestè de iure probari. Primo, quia vbicunque cessat ratio legis, cessat &
a lex[a]: vt. ff. de iurepatro. lege adigere. §. quamuis. & de re milita. lege milites. circa princip. Sed eo casu pactum, de quo in proposito ag tur, & probatur, quod vigore prædicti pacti hæredem sibi efficere cupiebat: vt. C. de pact. l. licet. & ibi not. quasi per ipsum pactum videatur adimi testandi facultas. Cum ergo in quæstione præmissa intenderet aliquid titulo donationis conferre, non autem hæredem sibi efficere, sequitur quod pactum de iure valeat, causa probationis cessante. Præterea, cer-
2 tum est, quod † donatio potest fieri purè, & sub conditione resolui: vt. ff. de donatio. lege prima. Siue ergo ponamus donationem, de qua agitur, conditionalem esse, constat effectum habere, quia conditio extiterit, siue ponamus puram, & sub conditione resoluendam similiter habet effectum: quia condi- 6
3 tio resolutionis deficit. † Præterea, donationes, quæ inter viuos fiunt, assimilantur venditionibus vt instit. de donatio. §. primo Constat autem venditiones aliquando fieri sub conditione, & aliquando purè, & sub conditione, resolutiua, vt. ff. de in diem adiect. lege prima & secunda & lege vbi autem. & de lege Cornelia. lege prima & secunda & lege si fundus. & existente conditione, efficitur irreuocabilis. Item deficiente conditione resolutionis remanet firma & efficax & irreuocabilis ex quo patet, quod siue prædicta donatio dicatur pura, & sub conditione resoluenda, siue dicatur conditionalis, deficit conditio resolutionis, vt extitit conditio confirmationem inducens. Magis autem videtur inspectis verbis contractus, quod fuerit pura sub conditione resoluenda quam conditionalis, & ideo cum conditio resolutionis defecerit, remanet firma & irreuocabilis, adeò quod ex ea causa donationis videtur dominium, rerum donatarum in donatarios translatum: & hoc probatur dupliciter.
4 Primò, quia † donator retinendo sibi vsumfructum videtur rem tradere, vt C. de donationibus titulo generali. l. quisquis. & consequenter dominium transferre cum causa donationis sit habilis & sufficiens ad translationem
5 dominii. Secundò, quia † præstituit se pro donatariis precario possidere, vt ideo ministerio suo transtulit possessionem in eos, & consequenter dominium: vt. ff. de acquirenda possessione lege quod meo. in principio. & lege quarundam. & de solut. lege pecuniam. Præterea, constat donationem
6 de † qua agitur, non fuisse mortis causa, & hoc probatur dupliciter per verba contractus. Primò, quia in verbis contractus cauetur, quod inter viuos donauit: & ideò verisimile est inter contrahentes actum fuisse illud, quod verba significant: vt. ff. de verborum significatione lege nepos proculo. lege si ita stipul. §. Grisogonus Secundò, quia
7 † donauit irreuocabiliter, [b]& pactum de non reuocando, etiam mortis causa donatio, est æquiparaturq; mortis causa do

ſa donationis. & incipit eſſe donatio inter viuos,& non poſsit ex præſentia reuocari:vt.ff.de dona.cauſa mortis lege vbi ita donatio.Si ergo eſt donatio inter viuos,& non mortis cauſa,ſequitur, vt adeò irreuocabiliter teneat, quod etiam ex præſentia tacita vel expreſſa reuocari non potuiſſet:vt.C.de iur. do. l.ſecunda de reuocatio. donatio, lege ſi apud.& lege poſſeſsionem. & lege cum confitearis. &. l. ſi donationem. & lege velles.& lege donationes. & de pactis. dona.lege cum maritus.§.finali. Præ

8 tereà,omnis lex† circa donationem appoſita eſt ſeruanda ex quo patet, ſcilicet purè donatum fuiſſe, & pactum appoſitum,donatio effectum habeat. Sed ſi donator ſine filio maſculo deceſſerit, oportebit legem præmiſſam in donatione ſeruari:vt.C.de donat. quæ ſub modo lege prædiorum. Prætereà, quæſtio propoſita determinatur per gloſſ. quæ eſt. C.de pact.l.penúlti. & incipit, ſed ipſe non poteſt &c. & patet expreſſe. C.vt actio.ab hærede & contra hære. in.l.ſi.quia omnis contractus, cuius effectus poſt mortem confertur, perinde valet, ac ſi in vita contrahentium effectum adſumeret,vt ibi patet & de bonis authori. iudi. poſsi.l.hæreditarium.

10 †Prætereà, illud pactum per leges improbatur, quaſi contra bonos mores cõceptum,per quod libertas teſtandi adi-

a mitur [a]:vt cùm aliquem inſtituendum vel non inſtituendum adſtringit,vel cũ quis vigore pacti debita futura ſucceſſione priuatur:vt.C.de pact. l. pactum, quod dotali.&.l.licet &.l.cum donationis.& de inoffi.teſtamen. lege.d. quando.§.illud.& de col.l.pactum.& de inutili ſtipul.lege ex eo.&. ff.de verborum obligatio. lege hoc modo. per pactum autem præmiſſum teſtandi poteſtas nõ adimitur:ſed titulo donationis aliud cõfert,quod non eſt inre prohibitum; ſed permiſſum.† Prætereà,donatio.ſi valet,vbi alter ſolus donat, multò fortius debet valere, vbi ambo contrahentes ad inuicem ſibi donant, quaſi vnus ad donandum moueatur propter liberalitatem alterius: argumentum. ff. de do. cauſa mortis.l.ſi hi, qui inuicem. & de dona.inter virum & vxo.l.cùm hic ſta. §.ſi ambo.Et ad hoc confirmandum accedit,quod lege cauetur, quod vbi per vtranque partem contrahentium dubius futurus euentus ſuſcipitur, valet quod agitur.& tamẽ ſi per alteram tantum partem ſuſciperetur, non valeret. C.fami.erciſ.l.ſi familiæ.& ibi not.Sed in propoſito etiam ſi per alterum tantum dubius ſuſciperetur euentus:vt. ff. de do.cauſa mortis.l.ſecunda.&.l.ſi alienam.multò fortius valere debet vbi ſuſcipitur. Prætereà, hæres eſſe debet

13 †eiuſdem poteſtatis & iuris,cuius & defunctus,& non maioris,vt. ff.de regulis iuris.l.hęredem.&.l.in his.§.non debeo & lege qui in ius,& de diuerſis & temp. præſcript.lege cum hæres.& de Publicia.lege ſi ego.§.proptereà,ſed donator nihil opponere poſſet contra donationem,nec contra promiſsionem de confeſsione facienda vt patet per ordinamenta ſiue ſtatuta communis Peruſini:ergo nec hæres eius debet poſſe aliquid opponere.Di.

Additio.

a ¶Lex. adde gloſſ.& Barto.in lege prima

ma in principio versiculo prouidentia. ff. de legib. tutor. latè Salicet. in authentica. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesi. & Imo. in capitulo post translationem de renuntia. & in lege secunda. §. finali. ff. de donationi. & in lege si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. vbi tollunt quędam facientia in oppositum. & Adde textum clarum in capitu. miramur. de seruis non ordinan. iuncto capitulo de multis. de ætate & qualita. Sed, quod sublata simpliciter lege remaneat eius ratio, intelligere, vbi est ratio naturalis. prout loquitur lege eas. ff. de capit. di-
a mit. & adde Bartolum in lege quod dictum. per illum textum. ff. de pactis limita tamen verum, si sit vnica. nam si sint duæ, & vna cessat, sufficit altera, institutio. do nupti. §. affinitatis. & Bartol. in lege liberorum. ff. de infamib. in principio & Adde Baldum in. l. prima solut. matri.

b ¶ Irreuocabiliter Adde eundem Din. supra in consilio quadragesimoquarto. & quod ibi dixi in apostil. & adde ad materiam Bald. in lege prima si quid in fraud. patrona. & in lege si mortis. C. ad legem falci. & gloss. Bald. & docto. in. l. quæ dotis. solut. matrimo. & Paulus. de Castr. in lege nam & si cum moriar. ff. de condictio. indebi. & donatio. Alexander de Imola. in lege stipulatio hoc modo. de verborum obligatio. & in dicta lege quæ dotis. in consilio. lix. quarta parte. & Paul. de Castr. in consilio. xcvj. & in consilio centesimoprimo, & quando stipulatio, est collata post mortem, an & quando, & in quibus casibus censeatur donatio causa mortis, vel inter viuos: & quid de hoc casu. de eius reuocatione: vide deminus Socin. in consilio centesimotrigesimoseptimo incipiente multùm eleganter & subtiliter verè, sed contra hanc conclusionem. cum versiculo sequent. in prima parte Et in dubio, an donatio dicatur causa mortis inter viuos, & quando, quomodo, & qualiter, & quid sit donatio inter viuos, & quid causa mortis: vide per eum in consilio. liiij. incipiente in præsenti consultatione. versiculo circa primam quæstio. cum versiculo sequent. dicta parte, & versiculo tertio confirmatur.

¶ Adimitur. Adde eundem Dyn. suprà in consilio septimo & quod ibi dixi in apost.

SVMMA CAPITA.

1 *Arbitria redacta sunt ad similitudinem iudiciorum.*

2 *Exceptio generalis & indefinita comprehendit ea, quæ potuerunt specialiter exprimi.*

3 *Verba expressa in contractibus & sententiis, ac quibuslibet dispositionibus, ad eum intellectum oportet referri, qui effectum producat.*

4 *Arbitratores an possit de iure vnius auferre, & dare alteri. & numero decimosecundo.*

5 *Factum arbitratorum de consensu partium, partis factum videtur.*

6 *Factum adprobans & confirmans, facere videtur.*

7 *In parte generali vel renuntiatione tacita vel expressa, non comprehenduntur ea, quæ renuntians vel paciscens sibi competere ignorauit.*

Pro

8 *Pronuntiatio simplex & indefinita, restrigi debet ad ea sola, quæ de iure liceat.*
9 *In compromissum veniunt solùm ea, de quibus est actum,*
10 *Compromissum, species est transactionis.*
11 *Arbitratores pronuntiant, vbi bonus Iudex.*

Consilium L.



N QVAESTIONE præmissa, Prius dicendũ videtur, ꝙ Seius non teneatur restituere feuda, & guardias seu vasallos,
1 de quibus agitur. †Primò, quia quod in iudiciis seruatur, seruatur & in arbitriis, cùm arbitria ad similitudinem iu-
a diciorum sint redacta: vt de arbitri.l.j. Sed in iudiciis omnia videntur esse deducta, de quibus non est actum nominatim, ne veniant: vt de iudiciis. Solemus ergo si in arbitriis omnia deducta esse videntur, sequitur, quòd arbitratores de ipsis iuramentis à Seio & vasallis ipsi Seio præstitis pronuntiare potuerunt. & si pronuntiare potuerunt, ergo Titio restitutionem vasallorum & guardia-
2 rum petenti obstat exceptio: quia † quæ potuerunt specialiter exprimi, videntur in generali siue indefinita quæ vniuersali æquipollet, comprehẽsa: & ideo perinde haberi debet, ac si specialiter rer renuntiassent de iuramentis præsti
tis Seio vasallis Titij. argu. C. de quadriẽnali præscriptione leg. secunda & de præscriptionibus triginta vel quadraginta annorum &. ff. de administratione tuto. in final. Præterea, verba expressa & in†contractibus & in sentẽtiis, & in quibuscunque dispositionibus ad illum intellectum referri oportet, secundùm quem sortiuntur effectum: vt ff. de vsuris. l. si stipulatus. & ad muni. l. prima in final. & de Car. edi. l. quod Labeo. & de leg prima si quando. & de liberis, & posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis. l. Gallus. §. primo Sed in pronuntiatione arbitratorum excipiuntur à restitutione iuramenta hincindæ præstita, & nulla adparet prę stita per titium fuisse, sed per semet tãtùm, & vasallum eidem iurantes. ergo vt illa clausula effectum habeat, oportet, vt de iuramentis præstitis à vasallis Titii & à Seio appareat. Præterea, certum est, secundùm opinio. communem, quòd † arbitratores possunt de
4 b iure vnius auferre, & alteri dare[b]: vt notari solet. ff. de arbi. l. si de meis. §. recepisse. per quod arbitriatores prædicti poterunt de iure Titii diminuere. & relinquere penes Seium. Præterea,
5 illud quod † fit per arbitros & arbitratores, de partium voluntate, per ipsas partes factum esse videtur: ar. quod cuiusque vni. not. l. item eorum. §. si decuriones. & C. vbi & apud quem, in integr. re. po. l. final. §. primo. Cùm ergo arbitratores exceperint de restitutione iuramentorum, perinde debet haberi, ac si per ipsas partes fuissent nominatim excepta. Item ad hanc confirmationem
6 accedit, quod leg. † cauetur, quòd qui factum approbat & confirmat, facere videtur: vt in authen. de defen. ci. §. sed si dum decreto. & de test. tu. l. iij. & de hæredi. institu. l. asse. & de condi. inde. l. instrumento. & de. verb. sig. lege. & de reg. iur. hoc iure. §. deiect. Cùm ergo partes probauerint prædictam exceptionem,

fura

iuramentorum, sequitur, vt habeatur perinde acsi ipsæ partes iuramento, de quibus agitur, nominatim excepissent.

Econtrà videtur, quòd dictus Seius ad restitutionem teneatur, non obstante exceptione iuramentorum. Primò,
7 quia certum est, quòd illud non †venit in compromissum quantuncunque per generalia verba conceptum, quod compromittens sibi competere ignorauit: quia in generali pacto & renuntiatione tacita vel expressa, non comprehendun tur, quæ renuntians vel paciscens sibi competere ignorauit: vt. ff. de inoffi. testa. mater. §. cæterum. & de hæredi. pe. l. legitimam. & de acqui. hæredi. l. si is ad quem. & l. claudius. Sed in quæstione proponitur, quòd Titius ignorauit de iuramentis præstitis Seio ꝑ vasallis Titii, & econtra: & in dubio ignorasse præsumitur, si de scientia non probatur: vt. ff. de administra. tu. l. hic autẽ. & de proba. l. verius. & qui mili. non possunt. l. super seruis. Si ignorauit, ergo non videntur in compromissum venisse, & si non videntur venisse, ergo non potuerunt de eis pronuntiasse: vt. l. nu-
8 dis. §. de officio. & §. fi. ff. de arbi. Si† nõ d potuerunt pronuntiare, ergo non videntur in simplici pronuntiatione excepta quia simplex & idefinita pronuntiatio restringi debet ad ea sola, quæ de iure licent: argu. ff. de condi. inde. l. si procura. §. Celsus. & quæ in frau. cre. l. si pater filio. & ad muni. l. Lucius. §. pe. & C. de mune. non continua. leg. prima in fina-
9 li. libro decimo. †Præterea certum est, quòd nil venit in compromissum, nisi de quo actũ est: vt veniat: & in hoc refert à iudicio: vt. ff. de arbit. l. si cum dies. §. plenum. & not. in præal. l. solemus. Cum ergo in cõpromisso, de quo agitur, non fuerit actum, nec etiam per Titium cogitatum de iuramentis vasallorũ Titii præstiti Seio, sequitur quòd non potuerunt arbitratores super ipsis
10 pronunciare. †Præterea, compromissum est species transactionis[c]: vt notari solet: in authen. de diffe. iudi. §. si verò contigerit, sed in transactione quãtuncunque generali ea sola videntur deducta, de quibus nominatim est actum: vt C. de transact. si de certa. & ff. de transactio. l. cum Aquil. & l. qui cum tutoribus. ergo & in compromisso ea sola cõpræhenduntur, de quibus est actum: sed de iuramentis prædictis actum nõ fuit. ergo de ipsis pronuntiare non potuerunt: & si nominatim pronuntiassent: vt. suprà probatum est Ergo inconueniens est dicere, quòd in dubio pronuntiasse videantur de re, de qua pronun-
11 tiare non licuit. † Præterea, arbitratores pronuntiant, vt bonus vir: vt de reg. iur. l. in personam. §. generali. & de contrah. empt. l. hæc venditio. & de operi. li. l. si libertus. bonus autem vir, iudex appellatur[d]: vt. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. Sed iudex non debet ius vnius concedere alteri, sed vnicuique secundum iuris præcepta ius suum tribuere: vt in authen. iusiur. quòd præst. §. & primum & de defen. ciui. §. iusiurandum. vt iudi. sine quoquo suffra. §. quod autem.
12 † Sequimur, quod arbitratores non potuerunt de iure Titij aliquid relinquere penes Seium etiam super hoc nominatim pronuntiando. † Mihi autem Dyn. de Muxello videtur quod dictus

dictus Seius teneat Titio suprà dicto ad restitutionem vasallorum seu feudorum & guardiarũ: de quibus suprà proponitur: & hoc ideo maximè, quia cùm Titius ignorauerit iuramenta prædicta, non videntur in compromissum deducta: & ideò arbitratores non potuerunt de eis pronuntiare: vt in. §. plenũ. & §. de officio. & §. arbiter. Item, quia in sententia fuerunt excepta iuramenta præstita hincinde, quod non intelligitur in qualibet parte compromittentium: vt. ff. de verborum significa. Labeo. Sed in proposito non agitur de iuramentis à qualibet parte compromittentium præstitis: & ideò verba laudi excipientia iuramenta, non vendicant sibi locum. Din.

Additio.

a ¶ Redacta. Adde idem tenentem domi. Socin. in consilio centesimononagesimoquinto incipien. circa primum consultationis articulum. versic. accedit in secunda parte & in consilio vigesimo quarto incipiẽ. præsens cõsultatio. col. in prima parte.

b ¶ Dare Sed nunquid hoc sit tam de iure communi, quàm ex forma compromissi: vide do. Soci. in consil. ccxx. incipi. visis compromisso. & est circa primũ not. circa fin. cum ver. sequen. in secunda parte.

c Transactionis. Adde idem suprà in consilio quadragesimoquinto.

d ¶ Appellatur. Adde gloss. nota. in. c. posuit. in versicul. celeri. ad finẽ. de locato. & text. in lege vir bonus. iudicatũ solui. & in leg. sed si vnus. §. prætor. de iureiuran.

SVMMA CAPITA.

1 *Pater fecit testamentum, & extraneum heredem instituit, filio exheredato, exheredationisque causa inserta: secundo aliud condit, alium instituens heredem, primumque testamentum confirmans, an valeat exheredatio. & nu. 19.*

2 *Bonorum possessio secundum tabulas facilius conditur, quam aditio hered. de iure ciuili.*

3 *Testamentum primum per confirmationem factam in secundo, vim habet codicillorum.*

4 *Confirmatio generalis aliud operatur in omnibus, quam specialis in omnibus.*

5 *Exheredatio fieri debet nominatim.*

6 *Factum iam confirmans, videtur de nouo facere.*

7 *Testamentum, in quo filius præteritus, nullum.*

8 *Scripta in confirmato, scripta videntur in confirmante.*

9 *Testamentum posterius, ex quo potest adiri. hereditas, tollit prius.*

10 *Exheredatio vt valeat, oportet ex eo testamento hereditatem adiri, in quo reperitur exheredatio concepta.*

11 *De testamento confirmato & codicillis confirmatis, iudicandum vt de diuersis.*

12 *Principale sumere vires ex eo non potest, quod ex se dependet.*

13 *Testamenti prioris confirmatio facta in secundo. facit vt prius valeat codicillorum iure.*

14 *Institutionis effectus facilius producitur & confirmatur, quam exheredationis,*

15 *Testamentum secundum vt preferatur priori, quid requiratur. & nu. 16.*

17 *Filio in potestate patria constituto; præterito testamentum est nullum.*

18 *Testamentum expugnat suus hæres, dicens illud nullum, emancipatus rũpit per contratab.*

Consi.

Consilium. LI.



1 QVAESTIO TALIS est. Pater † fecit testamentum,& extraneum hæredem instituit:filium exhæredauit,inserta, legitima causa exhæredationis: posteà fecit aliud testamentum,in quo hæredem instituit alium:tamen testamẽtum primum confirmauit. modò dubitatur, vtrum exhæredatio habeat effectũ vel non.Et habeat effectũ,euidenter ostenditur: quia certum est,quod facilius
2 † conceditur bon.pos.secundum tabu. quàm aditio de iure ciuili.Quòd patet: quia institutus sub conditione,non potest de iure ciuili adire pendente conditione:vt de condi.& demon.l.qui hæredi.§.fi.& de acqui.hære.is.qui hæres.&.ff.de bon.pos.secundum tabu.l.ij.§.sub conditione.&.l.deinde.&.l.si sub conditione.& de bo. pos.contrata.l.iij.§.si sub ea.Sed ex eo testamẽto,in quo filius est præteritus,non conceditur secundum tabu.vt.l.ij.§.experiundi.de bono.pos.secundum tabu.ergo nec aditio de iure ciuili, & si non conceditur aditio:ergo primum non tollitur:vt.ff. de iniusto test.l.j.& si primum non tollitur,sequitur,quòd exhæredatio in primo remanet cum effectu. Præterea,verum est, quod testamentum pri-
3 mum per † confirmationem factam in secundo deducitur in vim codicillorum:vt.ff.de testa.mili.l.quærebatur. Sed codicilli confirmati sunt pars testamenti confirmantis: vt. ff. de iure dot.l.quidam referunt. Si sunt pars, ergo exhæredatus videtur esse in parte testamenti.ergo exhæredatio effectum habeat,quia non refert, in qua parte testamenti quis sit exhæredatus: vt. ff. de hæredi.institu.l.prima. Præterea, confirmatio generalis † aliud operatur in omnibus,quod speciali in omnidus: vt.C,de præscript.xxx.anno.l. omnes & de qua.præscrip.l.ij.& argumen.ff.de administra.tuto.l.si duo.Ex quo sequitur,quod perinde habetur,ac si specialiter & singulariter exhæredatio scripta in primo testamento,confirmata esset in testamento secundo.licet
5 enim exhæredatio fieri † debeat nominatim facta videtur, ex quo ad illam scripturã fit relatio,quæ continet exheredationem nominatim factam: vt ff.de regu.iur.l.ait prætor.§.si iudex.& l.in summa & de verbo.obli.l.vbi autem.§.sed qui vnum.&.§.quia verò.& quia nominatim fieri videtur exhæredatio quocunque modo per effectum verborum à testatore prolatorum,possessione adparente, quomodo quos exhæredare intendit: vt. ff. de liber. & posth.l.j.ij.&.iij.&.l.Titius.in princip.& argu.de condit.& demonstra.l. nominatim & de manumissis testa-
6 mento. l. nominatim. † Præterea, qui confirmat iam factum, videtur de nouo facere: vt. ff. de testamen. milita.l.tribunus.§.finali.& de falsis,l. l.impuberem.§.qui codicillis.& de testamen.tutel.l.tutor incertus.§.primo & institu.de obli.§.primo.ergo si pater in secundo confirmauit exhæredationem in primo factam, videtur de nouo in secundo exhæredasse. Et propterea exhæredatio effectum habet, vt alibi probatur. Præterea, secundum

7 secundum † testamentum, in quo filius præteritus est, nullum est: vt.ff.de libe. & posthu.l.inter cætera.&.l.penult.& vlti.& de iniusto testa.l.j.&.l.posthumum. §.ex his.& de leg.præstan.l.is, qui,in potestate.& si nullum, ergo sequitur, quòd non deroget primo & consequenter quòd exhæredatio in primo scripta, habeat effectum: vt.ff.de lib.& posthu.l.si filius.& de vulga.& pup.l.si quis eum. §.vltimo. Præterea, quæ
8 † scribuntur in confirmato, scripta videntur in confirmante: vt.ff.de testa. tutor.l.testamento datas.& de hære.instit.l.à te.aliâs,asse.& de condi.insti.l.à se.& de condi.institu.l.institutio. & de iure codicillor.l.codicillorum ius.& de condi.& demonstr.l.si ita scripsero.Per quod necessariò concluditur, quòd exhæredatio scripta in testamento primo confirmato, scripta videatur in secundo confirmante: & ideo effectum ha-
9 bet. † Econtrà videtur, quòd exhæredatio effectum non habeat: quia constat per omnes, posterius testamētum, ex quo possibile est hæreditatem adiri, tollere prius: vt.ff.de iniusto testa. l.cùm in secundo. Sed ex eo, quòd filius præteritus est, possibile est adiri: vt.ff.de contratabu.l.illud.in princ.ergo tollitur prius. ergo remanet solùm posterius: & si solùm posterius, ergo cum in eo sit præteritus filius, patet posterius nullum: vt.l.maximum vitium. & instit.de exhæredat.circa princ.ergo vtrunque nullum: vt patet in simili.ff. de iniusto testamento.l.posthumi. §.ex his adparet.ver.sed si stante.Et si vtrūque nullum, ergo exhæredatio nulla.
10 Præterea, vt exhæredatio † teneat, oportet ex eo testamento hæreditatem adiri, in quo reperitur exhęredatio cōcepta: vt.ff.de bon.libe.l.si patronus.§. ex testamento.& de contratab.l.filium. §.sed cùm exhæredatio.& de hæredib. instit.l.si quis Sempronium. Sed cùm prius per posterius confirmatur, non aditur hæreditas ex confirmato, sed ex confirmante: vt.ff.de iniusto testamen. l.posthumus. §.j. Sed in confirmante non reperitur exhæredatio.ergo sequitur, quòd exhæredatio nulla. Præ-
11 tereà, de testamento confirmato † & de codicillis confirmatis non iudicatur, vt de eodem, sed vt de diuersis: vt.ff.de iure codicillor.l.quidam.&.l.conficiuntur.§.si miles.& de testa.mili.l.si certatur.§.& si non composita.& ad leg.Falcid.l.si post.&.l.miles.§.fi.Si iudicatur, vt de diuersis, ergo non potest dici vnū esse partem alterius.Per quod adparet, quòd cùm testamentum prius in posterius confirmatum, per confirmationem deducitur in vires codicillorum, vt dictum est superius, non potest dici exhæredationem, quæ est in ipso confirmato, scriptam esse in secundo confirmante: & ideo non potest dici eam habere effectum. Præterea, principale
12 † nō potest ab eo, adsumere vires, quòd ex eo pendet: vt.l.ex pupillari.de vulgari & pupil.substit.&.l.quod per manus.de iure codicillorum. sed confirmatum pendet ex cōfirmante: vt.d.l.posthum.§.fi.& ad Trebel.l.si quis priore. ergo non est possibile, quòd ex confirmato vires adsumat: & si adsumit vires.ergo reperitur sine exhæredatione, & propterea inutile, quantum ad o-
13 mnia: vt dictum est. † Præterea, confirma

firmatio testamenti prioris facta in
posteriori, operatur, quòd valeat prius
iure codicillorum : vt innuitur in.d.l.
posthu. in fi.& patet in.l.quærebatur.
de testamen.mili. Sed in codicillis non
potest exhæredatio fieri: vt insti.de co-
dicillis.§.fi.ergo relinquitur quòd ex-
14 hæredatio sit inutilis. †Præterea, fa-
cilius producitur & confirmatur insti-
tutionis effectus, quàm exhæredatio-
nis : vt euidenter probatur de liber.&
posthu.cùm quidam.&.l.j.§.ex fundo.
de hæred.instit.&.l.quoties.§.si duo. &
l.si alterius.&.l.Lucius.&.l.ex facto. &
de liber.& posthu.l.filio.§.fi.& de iniu-
sto testamen.l.antepe.coniuncta.l.non
putauit.§.si quis emancipatum. & seq.
15 Pro †euidentia solutionis subiiciendo,
duo sunt præmittenda. Primum est,
quia ad hoc, quòd primum testamen-
a tum per secundum tollatur oportet[a]
secundum ita valere, quòd ex eo hæ-
reditas posit adiri de iure ciuili : adeò
quòd si tale esset, quòd ex eo peti pos-
set secundum tab. & non de iure ciuili
adiri,(quod est in his casibus)non tol-
litur primum : vt determinatum est
plenè.ff.de vulg.& pupil.subst.l.si quis
cum. §.fi.& de iniusto testamen.l.cum
16 in.l.j.Et probatur sic : quia lege † caue-
tur, quia ad hoc, vt prius testamentum
tollatur per posterius, oportet poste-
rius tale esse, quòd ex eo potuerit esse
hæres aliquo casu : vt.ff.de iniusto te-
stamen.l.j. & instit.quib.mod.testa.in-
fir.§.posteriore. Sed is, qui de iure præ-
torio succedit, non est hæres, sed loco
hæredis : vt instit.de bonor.possesion.
§.quos auté. ergo idem sequitur, quòd
si ex secundo non potest adiri hæredi-
tas, sed bonor.possesio.secundum ta-
bu.petit.quod secundum non tollit.
Sed pro euidentia præmittendum
17 est, quòd cùm præteritus † est filius in
potestate cõstitutus, testamentum ipso
iure est nullum : vt de iniusto testamé.
l.j.cum simil(ib).licet abstinendo à iure
petendi declarari nullum testamen-
tum, confirmetur de æquitate præto-
ria : vt eod.tit.l.filio præterito. Si præ-
tereat emancipatus, non potest dicere
nullum, nec iure veteri nec iure nouo:
vt patet in.l.Gallus.§.in omnibus.ibi,
dum dicit : filius duntaxat in potesta-
te &c.& not.C.de liber.præter.l.vlti-
ma. in magna glo.ff.de minor. l.si fi-
lius. licet enim sit sublata differentia
emancipationis & patriæ potestatis,
per authen.de hæred.ab intesta.§.nul-
la verò. Verum est in successio.ab in-
18 testa. Sed † in iure expugnandi testa-
mentum, remanet etiam differentia:
quia suus potest dicere nullum:eman-
cipatus verò rumpit per contra tabu.
vt no.C.de collatio.l.emancipati.& de
liber.præter.authen.ex causa.&.l.Gal-
lus.§.& quid si tãtùm. Dico ergo, quòd
si pater, qui condidit testamẽtum præ-
dicta formã, erat miles:tunc vtrunque
testamentum iure directo valet : vt.l.
quærebatur.de testamen.milita.& ideo
19 exhæredati habet effectum. Sed † si non
erat miles, tunc secundum testamen-
tum iure non valet de iure ciuili : si fi-
lius erat in potestate : & ideo remanet
primum, & habet effectum exhæreda-
tio:vt de liber.& posthu.l.si filius.& de
vulga.& pupil.l.si quis eum.§.fina. Sed
si erat emancipatus, tunc secundum te-
net de iure ciuili : & potest ex eo adiri

hæreditas: vt de contratabu.l.illud.in princ.& ideo tollitur primum per secundum:& secundum potest tolli per contratabu.& consequenter exhæredatio nullum habebit effectum: vt probatur in casu simili: vt prælleg.l.post.§. sed si statuto.de iniusto rupto, & irrito testamento. Dyn.

Additio.

¶Oportet. Et an & quando tollatur: vide tu omnino.do.Alexan.de Imol.in consil.vij.& in consi.lxxxvj.iiij.parte. & in consil.xxxvij.prima parte. & adde, quòd per eundem Din.habetur supra, in consilio.vij.& quod ibi dixi in apostillis.

SVMMA CAPITA.

1 ☞Fratres ordinis militiæ sanctæ Mariæ, an possint compelli ad collectas, datias, præstantias, & id genus munera. & nu.8.

2 Clerici coniugati an priuilegio ecclesiasticæ personæ spolientur.

3 Collectæ indici debent personis ratione rerum.

4 Facere per se prohibitus, per alium facere an possit.

5 Genus à quo remouetur, remouetur & eius species.

6 Genere concesso, cōceditur quælibet eius species.

7 Concessa in fauorem, non debent in odium retorqueri.

Consilium LII.



1 QVAESTIO. TALIS est. Super† eo, quod quæritur, an fratres ordinis militiæ sanctæ Mariæ, possint compelli ad collectas, datias, & præstantias, Hostem caualcatam, & similia? Consilium mei Din.tale est, scilicet quòd ex forma dicti priuilegii dictis fratribus per apostolicam sedem concessi, excusentur solummodo ab his muneribus, in quibus vertitur opera personæ tantùm, vel opera personæ & impendia rerum: quia hic denotat signum horum: aliàs illorum verborum in priuilegio positorum, scilicet angariam & perangariam: vt not.C.de sacrosanc. eccles.l.nemine. sed de iure communi excusantur ab omnibus exactionibus & collectis: nec possunt compelli ad aliquid per iudices seculares: quia hoc videtur iure expressum, quòd personæ ecclesiasticæ non possunt compelli ad aliquas collectas per aliquas communitates vel personas publicas, vel priuatas.C.de episco.& cler.l.ij.ij.responso.& authent.Item nulla [a] ibi posita. Sed constat prædictos milites esse personas ecclesiasticas: quia habent regulam approbatam & limitatam & perpetuam à Papa Vrbano concessam: & quia professionem faciunt, sicut monachi & cæteri religiosi, nec post annum habitum dictæ religionis, sed deserere. ergo sequitur quòd ad collectas aliquas vel exactiones alias non teneantur.† Et si obiiciatur: habent vxores: non sequitur propterea quòd à beneficio religionis & personæ ecclesiasticę sint exclusi: quia & monachi, quos constat esse personas ecclesiasticas, iure veteri poterant habere vxores: & tamen ideò non perdebant religionis habitum, & effectum.C.de episc.& cleric.l.si quis presbyter. Præterea, si prædictæ 2

dictæ collectæ indicerentur, deberent
3 †indici personis ratione rerum siue secundum æstimationem rerum, non rebus: vt.l.rescripta.§.fi.ff. de mune.& honor. Sed personas constat ratione priuilegii exemptas esse à iure, cuiuslibet iudicis secularis. ergo consequenter
4 res. Præterea, prohibiti sunt † per regulam à sede apostolica approbatam arma portare: & guerram facere: ergo absurdum esset dicere, quòd teneantur ad prædicta conferre: quia qui prohibentur per se facere, prohibentur per
5 mediam personam alterius. † Præterea, à quo remouetur genus, remouetur & quælibet eius species. ff.de fundo instructo, & instrumētóque legato.l.fundi. §.fina.& not.de ser.le.post consanguineos. Sed exactio est cuiuslibet solutionis ab initio extorsio, de lega.iij. fideicommiss. §.si rem. & hoc remouetur à personis ecclesiasticis: vt.d.authent. Item nulla. ergo & quælibet cuiusque rei occasione coacta solutio.
6 † Econtrà, cui conceditur genus, quælibet eius species videtur concessa.de leg.iij.si correus de fundo instru. quæsitum. §.fi. Sed his conceditur immunitas exactionum, ergo euidenter patet, quòd cuiuslibet exactionis immunitas concessa videtur. Præterea
a qui subiicit alterius iurisdictioni, & protectioni, personam videtur & res suas subiicere. C.de sacrosanc. eccles. authent.ingressi.& patet institu.de acqui.per ar. Sed personæ militum prædictorum sunt subiectæ ecclesiæ & ecclesiastico iudicio. ergo & res. absurdum est dicere, quòd in causa collectarum, capi possit per iudicem secularem. Ad id autem, quod videtur maximè in contrarium facere, scilicet quòd Papa propter formam priuilegii videtur limitare & restrinxisse immunitatem eis concessam, quo ad angarias & perangarias tantùm, patet responsio:
7 quia concessio facta † ad vnum modum, non debet ad eius oppositum retorqueri. C.de secundis nuptiis. generaliter.de fide instrumentor.plures de le.quod fauore.cum simil. Sed priuilegium concessum est in eius fauorem, non odium &c. Præterea, prædicti mi-
8 lites † priuilegium impetrando non videntur renuntiasse fauori iuris communis. ff. pro socio. l. si quis à socio. cum.l.sequent.& de eo, quod cer.loco. l.j.de re iudica.l.iiij.§.ex conuentione. C.de nouat.l.fina.commo.si vt certo. C.si de mo.posses. Plus, quia vigilantia circa vnum, est alterius conseruatio. C.de his qui à non do.l.fina.de inofficioso testamento. l.cum qui.&.l.contra maiores. Vnde patet quòd ex forma iuris communis à quibuslibet exactionibus sunt immunes. Din.de Muxello. In hac opinio fuit domi.Guido de Ba.

Additio.

¶ Item nulla. Et ibi ad materiam hanc. vide Bald.in titulo.de pac.constant.§, nos romanorum. in versiculo, quid de collectis. & in additio. ad Specu.in titulo, de clericis coniugati. versicu.secundo.& ibi Specu.paulò post princ.in versicu.ad hoc generaliter. & Genesis, ccxlvij. Esdræ.cap.septimo. versiculo, vobis quoque notum. & Bartol.in.l.j. §.j.in versiculo, quæro, an vectigalia.&

ibi do. Alexand. de Imo. in addi. ff. de publica. cum Concor. ibi per eum signatis. quòd est verum, nisi tempore guerræ: quia tunc etiã eis imponi potest. Bart. in. l. fin. C. de curi. pub. li. xij. vide tamẽ domi. Iaso. May. in. l. placet C. de sac. san. ecc. ponderantem illum text. contra decisionem Barto. sed vide Spec. loco. s. alleg nunquid ecclesia teneatur ad aliquas collectas, quæ imimponũtur pro aliqua necessitate, adde Ange. de pigno. in consil. incipien. punctus quæstionis, talis est. & ad materiam, quod per Feli. in capitu. eccle. in ver. vj. & vlti. cum plu. sequen. de constitu.

SVMMA CAPITA.

1 *Statuto stante, quòd bannitus condẽnatus pro maleficio, in ducẽtis aureis, possit à quouis impunè offendi, an occidens clericum condemnatum à Iudice seculari in dictis centum aureis, incidentem tamen nihilominus habitu clericali, excusari possit à pœna homicidij, prætextu verborum statuti. & nu. 8. 10. & . 19.*

2 *Statutorum verba dubia, reducuntur ad interpretationem & intellectum iuris communis.*

3 *Lex vna determinatur per aliam.*

4 *Lex quomodo bannitum accipiat.*

5 *Agendum, ita demum lex interpretatum factum, si de iure sortiatur effectum. Et idẽ iudicium de conditione. nu. 6.*

7 *Legis municipalis verba permittentia bannitum & condemnatum offendere, quomodo sint accipienda.*

9 *Condemnatus ab eo, qui ius damnandi non habuit, pro non damnato habetur.*

11 *Iuris naturalis ignorãtia, non excusat quẽquam à pœna delictorum.*

12 *Iuris ciuilis ignorantiam pretẽdens, non excusatur à pœna. Item facti. nu. 13.*

14 *Præsentia præsumimus ex præteritis.*

15 *Habitus, est conditionis & status Iudex.*

16 *Ignorantiam pretendens eius, quod est publicè notum, lata culpa tenetur. & nu. 18.*

17 *Veritas attenditur in delictis.*

Consilium. LIII.



VAESTIO TALIS est. Cauetur statuto cõmunis, quòd quilibet possit sine † pœna offende
1 re bannitum condẽnatum pro maleficio, in. cc. li. vel ab inde. s. contingit, quòd quidam clericus incedens in habitu clericali ex inquisitione facta per iudicem secularem, siue exactione facta siue denuntiatione coram iudice seculari, condẽnatus fuit per ipsum iudicem secularem in. cc. li. deinde post ipsam condẽnationem adhuc incedens in habitu clericali, occisus fuit per quendam. dubitatur modo an ille occisor debeat excusari ab homicidij pœna propter verba statuti. Et
2 quòd non † possit nec debeat excusari euidenter ostenditur, Certũ est enim quòd verba dubia statutorum, reducũtur ad interpretationem & intellectum
a iuris communis. [a] ff. de decu. ab or. fac. l. fin. de mu. & ho. l. vt gradatim. §.
3 sed si lege. ¶ Item patet, quia † lex vna determinatur per aliam. ff de mu. & ho. l. rapta in princip. de lega. & se. con. l. non est nouum. & . l. & ideo. & . l. sed & posteriores. ergo statutum cum sit lex.

fit lex,vt.l.omnes populi,cum simili-
4 bus . lex † autem interpretatur illum esse bannitum . & condẽnatum cuius bannum & condẽnatio de iure non tenuit.ff.de pe.l.rei capitalis.§.fin. de in integ. l. si quis exhæredato.§. quod si quis.de re iudi.l.iij.§.condemnatum.
5 ¶ Item,quia † quicquid est agendum, ita demum interpretatur,factum,si de iure sortiatur effectum:sentẽtia enim ita demum de iure prolata,habetur,si de iure sortiatur effectum,& non aliter.ff.ad Turpil.l.j.§.fin.C.si a non cõ pe.iu.l.ij.&.l.fin,& ne de sta.de fun.l. si pater.&.ff. de ap.l.ex consensu. §.j.
6 ¶ Item,conditio ita demum † videtur impleta,si de iure impleatur.ff.de conditio.& de.l.hæc conditio.quando di. le.ce.l.pe.Ad idem infrà de contratabu.l.non putauit . §. quæuis . Per quæ
7 omnia patet quòd † omnia verba legis municipalis, in quibus cauetur ꝙ liceat impunè bannitum & condẽnatum offendere,intelligẽda sunt de eo, cuius bannum & condemnatio tenuit: sed in quæstione proposita bannum & condemnatio non tenuit:quia bannitus & condemnatus fuit à iudice seculari:qui in eum iurisdictionem nõ habuit:vt in authen.statuimus.& sic non tenuit condẽnatio ipso iure:vt in præal.l.j.§.fi.ff.ad Turpil.& dicta.l.si quis exhęredato.§.quòd si quis.& de pœnis. l.j.§.fina.per quod patet,quòd verba
8 statuti † ad causam propositam trahi non possunt : & ideo relinqui oportet in dispositione iuris communis , que est , vt homicidia puniantur pœna.l. Corneliæ,quod sic.vt.ff.ad legem Cornе.de sic.l.j.institu.de pu.iu.§.item lex Corne. Præterea , lege cauetur , quòd condemnatus per eum,cuius sententia debet confirmari per principem , ante confirmationem pro non condemnato habetur ,& in condemnato à præside ad pœnam deportationis, ante, quàm Imperator sententiàm affirmet,& insulam assignet . Et idem in decurione damnato ante,quã damnatio per Imperatorem confirmetur:vt hec patet. ff.de bo.eorum.qui mor.sibi consci.l. ij.§.j.ibi dum dicit:condemnatus nemo videri possit in hunc annum &c. & de pœnis.l.rei capitalis.§. cõstat.& quando ap.sit.l.j.in princip.& in.ij.& iij.respon.& de lega.iij.l.j.§.hi quibus. & de in integrum restitu.l.si quis filio. §. eius,qui deportatur.j.&. ij. respon.
9 multò minus ab eo† damnatur,qui ius damnare non habet,& cuius sententia confirmari non debuit : pro non condemnato habẽdus est:& ideò de necessitate verba legis municipalis,quæ de condemnato impunè offendendo loquuntur,ad clericum condemnatum, per iudicem secularem trahi non pos-
10 sunt. Prætereà,quòd dictus occisor excusari non debuit,apertè ostendi potest.nã aut ipse occisor prætendit ignorantiam iuris naturalis:vt quia dicat, quòd ignorabat prohibitum esse hominem occidi.aut prætendit ignorantiã iuris ciuilis:vt quia dicat clericum se ignorare non posse damnari à iudice seculari,aut prætendit ignorantiam facti:vt dicat eum „quem occidit, ignorasse clericum esse. In primo casu certum est eum non debere excusari:
11 quia † iuris naturalis ignorantia non
a excusat [a] aliquem à pœna delictorũ.

C.de adult.l.si adulterium cũ incestu. §.stuprum.&.§.non nunquàm.& no.ff. de ior.& fac.igno.l.regula.in princip.
12 ¶ In secundo † casu, quando prætendit ignorantiam iuris ciuilis similiter non excusatur à pœna:vt.ff.de fal.l.di
13 uus in princip.¶ In tertio † casu quādo prætendit ignorantiam facti, si de ignorantia constaret forte excusaretur.argu.ff.de adulte.l.pe. Sed vbi con stat de scientia,certum est nullo modo excusari debere:vt præalleg.l.pen. in fi.ff.de adulte.Quod autem in proposito sciuerit verè vel præsumptiuè occisum fuisse clericum, & propterea non debet excusari,ostendi potest:pri-
14 mò,quia lege † cauetur,quòd de prę-
b teritis præsumimus de præsenti.[b] vnde qui olim sciuit presumitur hodie scire:& ideo non potest ignorantia facti præsumptiuè sibi non prætendere.
15 ¶ † Item proponitur,quòd occisus incedat in habitu clericali:& ideò quilibet præsumere debebat & credere eum esse illius conditionis & status, cuius eum habitus indicabat. vnde si habitus indicat clericum debuit præsumere clericum.ff.de in ius voc.Itẽ apud. §.si quis virginem.C.de inge.ma.l.
c pe. [c] de seruis expor.l.moueor. ff. de minor.l.minor.xxv.anno. adito præsi-
16 de.¶ Item proponitur,quòd † occisus publicè putabatur & publicè immiscebat officijs clericalibus.vnde si occisor prætendit ignorantiam eius, quod est publicè notum,videtur esse in lata culpa.ff.de verborum significatio.cedere.§.fina.&.l.latæ culpæ.& de instiru.Sed & si pupillus.§.proscribere.& ideò non in totum à pœna homicidij excusandus:vt.ff.de sicca.l. lege Corne.§.cum quidam.&.l.in lege.cum ergo sciuerit vel scire debuerit bannum non tenere, relinquitur quo à pœna homicidij excusari non debeat.
17 ¶ † Item,in delictis attenditur veritas,maximè cum vera vel præsumptiua delinquentis æstimatione concurrens:vt.ff.de iniuri.eum,qui.§.iniuria. &.§.aliquis. Vnde cum in proposito interuenit veritas:quia mortis illatio & vera vel præsumptiua:vt.s.probatum est,scientia inferentis mortem,sequitur,quod occisor non possit pœnā
18 homicidij euitare. ¶ † Vnde consiliũ nostrum est,quòd si verè sciret clericum,nullo modo pœnam euitet: nec in aliquo releuetur:vt dicta.l. pen.in
19 fin.ff.de adulte.¶ † Item si publicè notum erat occisum,clericum esse,dato quod occisor ignorantiam prætēdat, videtur esse in culpa:vt dicta.l. cedere.§.fin.& dicta.l.latæ.& ideo non est à pœna homicidij eximendus: sed in aliquo releuandus:vt in præallega.l. Cor.&.l.in lege.Fran.Accur.Lau. Rāpo.& Dy.de Muxello.

Additio.

a ¶ Communis. Adde idem tenentem do.Soci.in consilio.cliij.incipien.pulchra & subtilis.versicu. iiij.& vlti.in secunda parte.& Paulus de castro. in consilio.ciiij.incipiē.non est dubium. & domi. Soci.in consilio. lxiiij.incipien.in causa vertenti. versicu. præterea,statutum.in prima parte.
b ¶ Non excusat.Intellige nullum habentem


bentem vsum rationis:quia hoc ius est in corde hominis scriptum.j. quæstio. iiij.§.his ita denotandum.

b ¶ De præsenti.Fallit tamé in his,quę tempore mutantur:prout est ætas:per l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excu sa.tuto.& plene Petr.de Ancha.in reg. semel.in.vj.quæstio.de regu.iur.in.vj. & in consilio.v.incipien.pro parte.& Barto.in.l.si cui,ff.de accusa.& docto. in capitu.multas.xiiij.distinct.& Bal. plenè.in.l.iij.C.de proba.in.l.ij.ad fi. C.quando prouo.non est necesse.& in l.non ignorauit.C.ad exhi.& Flo.in.l. non est necesse.ff.de proba.& Paulus de castro.in.l.ij.C.de testa.& per domi. Soci. in consilio.lxxxix.incipien. in causa agitata. versicu .j. scilicet rei vendi,in fin.in prima parte.

c ¶.L.pe.Et ibi vide Barto.& adde Feli.in capit.si vero.el.ij.de senten. excommuni. circa principium.in versicu.not.quòd in dubio.& limita tamen prout ibi.

FINIS CONSILIORVN
Dini Muxellani. I. V. D.
celeberrimi.





INDEX COPIOSVS
ET FIDELIS RERVM
ET VOCVM SINGVLA-
rium in Consilia Dini
Muxellani.



De litera A.

De litera B.



De litera C.



De litera D.



De litera E



Error

De litera F



Fide

De litera G.



De litera H.



De litera I.



De litera L.



De litera. M



De litera N.



De litera O.



De litera P



De litera Q.



De litera R.



De litera T.



De litera V.



FINIS.

Series chartarum.

a b c d e f g h i k Omnes sunt quaterni.

